
Capreolus super tertio sententiarum.



¶ Incipit repertoriũ tertij libri defensionũ theologie sancti doctoris in tertio sententiaꝝ per magistrum Joãnem Capreolũ Tholosanuꝫ thomistam ꝓfundissimum.

¶ Distin. I. ¶ Questio. I.



Utrum nã humana: quã filius dei assũpsit ꝑ humani generis repationeꝫ: potuerit assumi a trib⁹ suppositis diuine nãe: aut a nã diuia.
Filius dei assũpsit nãm humanã ꝛ icarnatus est ad remediandũ peccatis hũani generis: sic ꝙ si homo nõ peccasset: filius dei incarnatus nõ fuisset. Contra hanc arguit Scotus.
Possibile fuit ꝛ est eãdẽ humanitateꝫ in numero assumi: ꝛ assumptaꝫ esse a tribus vel duabus personis diuinis simul. Sco. Alij quos recitat Duran.
Natura diuina abstracta a ꝑsonalitate relatiua ꝑ itellectũ posset assumere humanã naturam. Sco. Dur.
Natura diuina suppositis ꝑsonalitatibus relatiuis: quas fides ponit. nõ ꝑmo sed quasi secũdario assumpsit naturam humanam. Sco. Duran.

¶ Distin. II. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ ꝑsona diuina possit assumere entitatẽ toti⁹ resultãtem ex mã ꝛ forma lapidis adinuicem cõiunctis.
Deus de potẽtia sua absoluta põt assumere nãm lapidis: aut aliaꝫ nãm irrationalẽ. Henricus ꝛ multi alij.
Filius dei non solum assumpsit animã ꝛ corpus humanũ: imo etiam tertiam entitatem resultantem ex illis: sicut totum resultat ex partibus. Durandus. Alij quos recitat Joan. Nea. in quolibet.
Filius dei ꝛ quelibet ꝑsona diuina potest assumere entitatem tertiã resultantem ex materia ꝛ forma lapidis.

¶ Distin. III. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ btã virgo Maria fuerit ꝯcepta in pctõ originali.
Beata virgo Maria fuit cõcepta in pctõ originali. Sco. ꝛ sui sequaces. Aur. Alij recitati per Joan. de Neapo.

¶ Distin. IIII. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ beata virgo Maria aliqd actiue egerit in ꝯceptione christi: ꝓpter quod veraciter possit dici mater dei.
In ipsa cõceptiõe xpi beata vgo nihil actiue opata est: ſ3 solũ mãm ministrauit. Operata est tñ ante cõceptioneꝫ aliqd actiue ꝑparãdo mãm: vt eẽt apta ꝯceptui. Sco.
Beata virgo veraciter ꝛ ꝓprie dicitur: ꝛ est mater dei ꝛ hominis. Durandus. Scotus.
Spiritus sanctus non debet dici pater christi ſm deitateꝫ nec ſm humanitatem. Durandus.

¶ Distin. V. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ vnio nãe diue ꝛ hũane i xpo sit maxia vnio creata
Unio naturaꝝ in xpo est quid creatum. Aureo. Duran.
Unio differt realiter ab assumptione.
Unio naturaruꝫ in christo est maxima inter creatas vniones. Aureolus: Durandus.

¶ Questio. II.
¶ Utꝝ diuina essentia vel personalis ꝓprietas possit vniri alicui nature create per modum forme.
Nec diuina essentia: nec proprietas personalis diuina põt vniri alicui creature corporee per modum forme ꝓprie loquendo de forma. Joannes de Ripa.
Nec deitas: nec ꝓprietas ꝑsonalis verbi dei est vnita hũanitati xpi nec eius carni vt forma. Joannes de Ripa.

¶ Questio. III.
¶ Utrũ filius dei assumpserit naturam humanam in vniuersali cum suo proprio creato supposito.
Filius dei nõ assumpsit nãm humanã in vli ꝓut vlis est: nec ab indiuiduis separatam vel abstractam. Scotus.
Filius dei nõ assumpsit quãcũqꝫ personã: hypostasim: subsistentiaꝫ: nec aliqd suppositum creatum. Sco. Aureo.

¶ Distin. VI. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ in christo sint plura esse.
In xpo nõ sunt duo esse subalia actualis existẽtie. Scotus Aure. Alij quoꝝ argumẽta recitat Dur. Joan. de Nea.
In christo sunt multa esse ſm quid ꝛ accidentalia.

¶ Dist. VII. ꝛ VIII. ¶ Questio. I.
¶ Utrum in christo sint due filiationes.
In xpo nõ est nisi vnica filiatio realis. Sco. Aureo. Durã.
Licet christus nõ referatur ad matrem aliqua reali filiatione: refertur tamẽ ad ipsam aliqua alia reali relatiõe.

¶ Distin. IX. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ humanitas xpi sit adoranda adoratione latrie.
Humanitas christi adoranda est adoratione latrie: sed tñ ipsa nõ est ratio talis adorationis. Scotus.
Imago christi adoranda est adoratione latrie. Henricus Durandus: Holchot: Anglicus.
Crux christi adoranda est adoratione latrie. Durandus.

¶ Distin. X. ¶ Questio. I.
¶ Utrũ christus ſm ꝙ homo sit deus vel persona diuina.
Ista ꝓpositio: christus ſm ꝙ est homo est deus. est vera in vno sensu: ꝛ falsa in alio: magis tñ ẽ negãda ꝙ̃ ꝯcedẽda
Ista ꝓpositio: christus ſm ꝙ homo est persona: vel hypostasis: vel suppositu3: vel res nature: in vno sensu est falsa: ꝛ in alio vera.
Quelibꝫ istaꝝ est simplr cõcedenda: xps ſm ꝙ iste homo est deus: christus ſm ꝙ iste homo est persona. Duran.

¶ Distin. XI. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ ista copulatiua sit ꝯcedenda sine quocũqꝫ addito christus incepit esse: ꝛ christus est creatura.
Non est absolute ꝛ sine determinatione dicenduꝫ: ꝙ christus sit creatura. Scotus: Durandus.
Ista propositio non est absolute concedenda: christus incepit esse. Scotus: Durandus.
Quelibet istarum est concedenda ꝛ asserenda: xpus ſm ꝙ homo est creatura: christus ſm ꝙ homo incepit esse.


¶ Distin. XII. ¶ Questio. I.
¶ Utrum christus potuerit peccare.
Simpliciter loquendo christus nullo modo potuit peccare. Durandus: ꝛ quidam alij.
Christus ꝓpe ꝛ simplr loquẽdo nõ habuit potẽtiã peccãdi.

¶ Distin. XIII. ¶ Questio. I.
¶ Utruꝫ anima christi habuerit gratiaꝫ creataꝫ formaliter ꝛ actu infinitam.
Anima christi habuit gratiam creatam habitualem.
Gratia habitualis anime christi fuit: ꝛ est vno modo infinita. Aureolus: Adaꝫ: Gerardus odonis.

¶ Distin. XIIII. ¶ Questio. I.
¶ Utrum anima christi sit sciens formalr scientia creata.
Anima xpi nõ est: nec põt esse sciẽs formalr sciẽtia increata vel diuina tãqꝫ actu scdo: q est opatio: vel cõsideratio actualis. Joan. de Ripa. Quidam ab Adam recitati.
Anima xpi est formalr sciens triplici scia creata. ꝑma dicitur scia btõꝝ. scda est scia viatoris habita ꝑ infusioneꝫ. tertia dr̃ scientia naturaliter acquisita. Sco. Duran.

¶ Questio. II.
¶ Utꝝ anima christi in verbo videat omnia alia a verbo
Anima xpi per nullã sciaꝫ scit: aut cognoscit: aut ꝯphendit oĩa scibilia: vel oĩa que de⁹ cognoscit: aut scit. Sco. Dur.
Anima christi cognoscit in verbo infinita ſm qd: licꝫ non infinita simpliciter. Quidam Hybernicus: cuius argumenta recitat Adam. Aureolus. Adam.

¶ Distin. XV. ¶ Questio. I.
¶ Utꝝ aĩa xpi ex sua omnipotẽtia respectu ꝓprij corporis



appetituꝫ sensitiuū a dolore sensibili pseruare potuerit.
Anima xp̄i nō habuit omnipotētiaꝫ simplr̄: nec respectu immutationis creaturarū: nec respectu ꝓprij corp̄is. Dur.
In christo fuit vere ꝛ proprie dolor sensibilis. Scotus.
¶ Dist. XVI. ꝛ XVII. ¶ Questio. I.
¶ Utruꝫ dolor in anima christi tempore passionis peruenerit vsq ad rationem superiorem.
Dolor passionis xp̄i peruenit vsq ad superiorem rōneꝫ: vt est natura: licet nō vt est ratio. Scotus. Aureolus.
Inferior ratio vel voluntas xp̄i: vt natura cōsiderata nolebat absolute passionem aut mortem christi: licet cōsiderata: vt rō vellet illaꝫ. Sco. Aureolus.
In xp̄o fuit quodāmō necessitas moriendi ꝛ patiēdi. Sco.
¶ Dist. XVIII. ꝛ XIX. ꝛ XX. ¶ Qō. I.
¶ Utruꝫ aliqua pura creatura potuerit satisfacere ꝓ tota natura humana collapsa in primis parentibus.
Nulla pura creatura potuit sufficiēter satisfacere pro tota natura humana. Contra hanc ꝛ sequētes arguit Sco.
Christus per suam actionem interiorem ꝛ passionem exteriorem sufficienter ꝛ condigne satisfecit pro tota natura humana collapsa. Durandus.
Meritum christi eo modo est sufficiens pro infinitis hominibus: sicut ꝛ eius satisfactio: ꝛ eandē infinitatem habet: quam ꝛ eius satisfactio.
Meritum ꝛ satisfactio christi nō habet vltimatam efficaciam: nisi in illis: qui eidem vniuntur per fidem formatam ꝛ sacramenta. Scotus.
¶ Dist. XXI. ꝛ XXII. ¶ Questio. I.
¶ Utrū xp̄s desierit esse homo in suo descensu ad inferos.
In morte christi deitas remansit vnita anime ꝛ carni siue corpori: non autem humanitati composite ex anima et corpore: que est tertia entitas. Durandus.
Christus in triduo mortis nō fuit homo. Aureolus.
Christus veraciter descendit ad inferos. Durandus.
Christus in triduo mortis fuit totus in inferno. Durādus.
¶ Dist. XXIII. ¶ Questio. I.
¶ Utrum virtutes habituales sint homini necessarie.
Habitus sunt homini necessarij. Durandus. Quidam alij quorum dicta recitat Scotus.
Uirtutes humane sunt habitus. Aureo. Quidam alij quorum argumenta recitat Scotus.
¶ Dist. XXIIII. ¶ Questio. I.
¶ Utrum fides sit virtus infusa a deo.
Fides est virtus. Durandus.
Fides formata ꝛ ēt informis infundit̄ hoī a deo. Sco. Aur.
Nullus homo pertinaciter aliquem articulum fidei discredens habet habitum fidei infuse. Durandus.
Fides est vna virtus ꝛ nō multe: ꝛ vnus habitus: ꝛ nō multi specie distincti. Scotus: Aureolus.
¶ Dist. XXV. ¶ Questio. I.
¶ Utrum fides sit de visis.
Fides nō potest esse de visis. Aureolus. Durandus.
Fides nō est de scitis. Durandus.
Fides est certior simplr̄ sciaꝫ quo ad nos ꝛ ſꝫ qd. Duran.
¶ Dist. XXVI. ¶ Questio. I.
¶ Utrum spes sit virtus theologica distincta realiter a fide ꝛ charitate.
Spes est virtus.
Spes est virtus theologica. Durandus.
Spes est virtus distincta a fide ꝛ a charitate. Scotus.
¶ Dist. XXVII. XXVIII. XXIX. ꝛ XXX. ¶ Qō. I.
¶ Utrū hō debeat ex charitate diligere deū plus q̄ seipsū.
Charitas est virtus. Aureolus: Henricus.
Obiectum charitatis est deus inquantum est beatificatiuus vel beatitudinis obiectum. Scotus.
Ex charitate homo plus debet diligere deum q̄ seipsum. Scotus Alij. Durandus Alij.
Charitas inclinat ad amandum deum duplici amore: sciłꝫ amicitie ꝛ concupiscentie. Durandus.
In dilectiōe dei pōt hr̄i aliq̄lr̄ respectus ad mercedē. Dur.
In dilectione dei nō est aliqs modus adhibēdus. Duran.
Non oēs ꝓximi sunt ex charitate equalr̄ diligēdi. Duran.
Charitas feruentius diligit amicos q̄ inimicos: ꝛ dilectio amici melior est q̄ dilectio inimici. Durandus.
¶ Dist. XXXI. ꝛ XXXII. ¶ Qō. I.
¶ Utrum fides remaneat in patria.
Impossibile est actum fidei: ꝛ actum visionis beatifice simul esse in eodem subiecto. Durandus.
Habitus fidei nō remanet: nec remanere potest in patria cum visione beatifica.
¶ Dist. XXXIII. ¶ Questio. I.
¶ Utrū ex actibus humanis acquirant̄ habitus v̄tutuꝫ in appetitu sensitiuo subiectiue existentes: puta in cōcupiscibili: vel irascibili.
Alique virtutes morales sunt subiectiue in appetitu sensitiuo: qui diuiditur per concupiscibilē ꝛ irascibilem. Scotus: Aureolus.
Alique virtutes possunt acqri in nobis ex assuetudine operum: ꝛ causari ex actibus nostris. Duran.
Preter virtutes morales humanis actibus acq̄sitas sunt homini necessarie quedam alie virtutes morales diuinitus infuse. Durandus.
Uirtutes morales ꝛ cardinales remanebunt in patria post resurrectionem. Durandus.
¶ Dist. XXXIIII. ꝛ XXXV. ¶ Qō. I.
¶ Utrū dona sp̄us sancti sint habitus distincti a virtutib⁹.
Dona spiritus sancti sunt habitus distincti a virtutibus infusis theologicis ꝛ cardinalibus. Scot.
Huiusmodi dona remanebunt in patria. Duran.
¶ Dist. XXXVI. ¶ Questio. I.
¶ Et aliarum quattuor sequentium.
Utrum virtutes cardinales sint inter se cōnexe: ita q̄ qui habet vnam: habeat omnes.
Prudentia nō potest esse sine virtute morali. Scot.
Nulla virtus moralis pōt haberi sine prudentia. Scot.
Quattuor virtutes cardinales sunt connexe: ita q̄ qui habet vnam: habet omnes quattuor. Scotus.

Explicit repertorium tertij libri defensionum Joannis Capreoli.

¶ Eximij veritatis schole professoris fratris Joannis Capreoli Tholosani ordinis predicatorum liber tertius defensionum theologie diui doctoris Thome de Aquino in tertio sententiarum feliciter incipit.

¶ Utrum natura humana a filio dei assumpta a trib⁹ psonis suppositis diuine nāe potuerit assumi. Qō. I.

Circa primā distinctionē tertij sententiarum q̄ritur. Utrū natura humana: quam fili⁹ dei assūpsit propter humani generis reparationē potuerit assumi a tribus suppositis diuine nature: aut a natura diuina. Et arguit̄ q̄ non. Hoc enim supposito. s. q̄ eadē natura esset assumpta a tribus personis: aut esset vnus homo: vel plures. sed non plures. Sicut enim vna natura diuina in pluribus personis nō patitur esse plures deos: ita vna humana natura in pluribus personis nō patitur esse plures homines. Similiter etiam nō posset esse vnus homo: q2 vn⁹ homo est iste homo: qui demōstrat vnā personā: ⁊ sic tolleretur distinctio triū personarum diuinarum: quod est incōueniēs. Nō ergo due: aut tres persone diuine possent accipere vel assumere vnā naturā humanā. Q2 etiam natura diuina vt prescidit a personis nō possit assumere arguit̄ sic. Assumptio importat terminū vnionis: sed vnio nō potest fieri in natura sed solum in persona: ergo abstracta personalitate natura diuina nō potest assumere.

In oppositum arguit̄. Et p̄mo q̄ tres psone possint assumere eandem naturā. Q2 persona icarnata subsistit in duab⁹ naturis: diuina. s. ⁊ humana: sed tres persone possunt subsistere in vna natura diuina. ergo ⁊ in vna natura humana: ita q̄ vna natura humana sit assumpta a tribus personis. Q2 etiā natura diuina abstractis personalitatib⁹ possit assumere naturā humanā arguit̄ sic. Q2 in diuinis psonalitas dr̄ ꝓprietas psonalis: que est triplex. s. paternitas: filiatio: ⁊ ꝓcessio: sed his remotis per itellectū: adhuc remanet oīpotētia dei: per quā est facta icarnatio: ergo videt̄ q̄ remota personalitate diuina: natura diuina posset assumere naturam humanam.

In hac qōne erunt tres articuli. In p̄mo ponentur cōclusiones. In secūdo obiectiones. In tertio responsiones.

Quantum ad primū articulū sit p̄ma cōclusio. Filius dei assumpsit naturā humanam: ⁊ icarnatus est ad remediādum peccatis humani generis: sic q̄ si homo nō peccasset: filius dei incarnat⁹ nō fuisset. Hanc ꝯclusionē ponit sanctus Tho. 3. parte q. i. arti. 3°. quā ꝓbat auctoritate: ⁊ rōne. Auctoritate quidem Augustini in libro de verbis dn̄i: qui exponēs illō qō habet̄ Luc. p. (Uenit fili⁹ hoīs querere ⁊ saluū facere qō perierat.) sic dicit. (Si hō nō peccasset fili⁹ hominis nō venisset:) ⁊ p̄ma ad Thimo. p̄. sup illō vbum (Christ⁹ venit in hūc mūdū vt peccatores saluos faceret.) dicit Glo. (Nulla cā veniēdi fuit xp̄o dn̄o nisi peccatores saluos facere: tolle vulnera: tolle morbos: ⁊ nulla cā est medicīe.) Ratione ēt ꝓbat dictā ꝯclusionē: ⁊ sic dicit. (Quidā dicūt: q̄ si ēt homo non peccasset: dei fili⁹ fuisset incarnatus. Alij vero cōtrariū asserūt: quorum assertioni magis assentiēdū videtur. Ea enī que ex sola dei volūtate ꝓueniūt supra omne debitum creature nobis inotescere nō possunt: nisi quaten⁹ in sacra scriptura tradunt̄: per quā diuina volūtas inotescit: vnde cum in sacra scriptura vbiq3 icarnationis rō ex peccato primi hoīs assignet̄: cōueniētius dr̄ icarnationis opus ordinatū esse a deo in remedium peccati: ita q̄ peccato nō existēte: icarnatio nō fuisset: q̄uis potētia dei ad h nō limitet̄. potuisset enim ēt peccato nō existēte deus incarnari.) Hec ille. ¶ Ex qbus pōt formari talis rō. Effectuū a sola volūtate dei depēdētiū non debet a nobis alia rō assignari ab illa: que per scripturas: dictaq3 sanctorum nobis diuinitus reuelat̄. sed diuina icarnatio est talis effectus: ⁊ liberatio ab incōmodis peccati est talis ⁊ vnica rō. ḡ ⁊c. ¶ Secunda cōclusio. Possibile fuit ⁊ est eadē humanitatē in numero assumi: ⁊ assumptā esse a tribus vel duab⁹ personis diuinis simul. Hāc ponit ⁊ ꝓbat scūs Tho. 3° parte. q. 3. arti. 6. (Ex vniōe (inqt) aīe ⁊ corporis in xp̄o nō fit neq3 noua persona: neq3 hypostasis: sed fit vna natura assumpta in hypostasim vel psonā diuinā: qō quidē nō fit per potētiam nature humane: sed ꝑ potētiā psone diuine: est autē talis diuinarum psonarum cōditio: q̄ vna earum nō excludit aliā a cōione eiusdē nature: sed solū a cōione eiusdē psone: q2 igitur in ministerio incarnatiōis tota rō facti est potētia faciētis: vt dicit Augu. in epistola ad Uolusianū: magis est circa hoc iudicādū fm cōditionē psone assumētis q̄ fm conditionē nature humane assumpte. Sic igit̄ nō est ipossibile diuinis psonis: vt due vel tres assumāt vnā naturā humanam: esset tñ ipossibile: vt assumerēt vnā hypostasim: vel vnā personā humanā sicut dicit Anselm⁹ in libro de ꝯceptu virginali: q̄ plures psone nō possunt assumere vnum eūdēq3 hoiem.) Hec ille. ¶ Itē 3° sen. dist. i. q. 2. art. 4. sic dicit. (Tres personas diuinas assumere humanā naturā vnā vnitate vnius persone est impoīe: q2 cōtradictionē implicat. Cum enim vnio dei ⁊ hoīs nō possit fieri nā: vt dist. 5. probabitur: opz q̄ fiat in psona: vt. s. sit eadē personalitas assumētis ⁊ assumpti: vnde ponere vnā psonam ex parte assumpti: ⁊ tres ex pte assumētis est incōpoīe. Et silr etiā nō pōt esse vna vnitate vni⁹ hypostasis vel vnius suppositi: s3 q̄ nā assumpta a trib⁹ psonis sit vna vnitate singularis nāe: nō est impoīe: loquendo de potentia absoluta: q̄uis nō sit cōgruū fm ordinē diuine sapientie: cū vni⁹ psone icarnatio ad reparationē mille mundorum sufficiat: dico aūt vnitatem singularis nāe: si assumeret̄ vnū corpus ⁊ vna aīa ei vnita: ex quorum vnione vna hūanitas resultaret: vt sic tres psone in vna nā humana assūpta ꝯuenirent: sicut ꝯueniūt in nā eterna.) Hec ille. ¶ Et sicut p3 tā in scripto q̄ in sūma inuit talē rōnē. Si tres psone nō possent eādē nām assumere aut talis repugnātia ꝓueniret ex pte assumētis: vel ex pte assūpti: s3 nec sic. nec sic. igit̄. maior nota est. minor ꝓbat̄. Q2. n. talis repugnātia nō ꝓueniat ex pte assumētiū p3: q2 tres psone ꝯueniūt in vna nā diuina: nō ꝑ solā vnionē: s3 ꝑ eēntialē ⁊ realē idētitatē. ḡ pñt ꝯuenire in vna nā ꝑ solā vniōnē: q2 h est in īfim facili⁹ ⁊ min⁹ repugnās rōni nāli. Q2 ēt talis repugnātia nō ꝓueniat ex pte nāe assūpte p3: q2 assūptio illa seqtur legē ⁊ ꝯditionē assumētis poti⁹ q̄ assūpti: ⁊ potētiā diuinā poti⁹ q̄ humanā. ¶ Tertia ꝯ. Nā diuina abstracta a psonalitate relatiua per intellectū posset assumere humanā

naturā.hāc ꝓbat scūs Tho.3.parte.q.3.artic.3°. vbi sic dicit.(Intellect⁹ noster dupl'r se hꝫ ad diuina: vno mō vt cognoscat deū sicut est:ꝛ sic impossi'e est ꝙ circūscribaṫ ꝑ itellectū aliqd a deo ꝛ ꝙ aliud remaneat: qꝛ totū qđ est in deo est vnū salua distinctiōe ꝑsonaꝝ:quarū tñ vna tolliṫ alia sublata:qꝛ distinguunṫ solis relationibus:quas oꝫ esse sil'.Alio mō se hꝫ itellect⁹ noster ad diuina nō qdē q̄si cognoscēs deū:vt in se est:sed ꝑ modū suū.s.multipl'r ꝛ diuisim id:qđ in deo est vnū:ꝛ ꝑ hūc modū pōt itellect⁹ nr̄ itelligere bonitatē ꝛ sapiētiā diuinā:ꝛ alia hm̄ōi:q̄ dicunṫ eēntialia attributa: non itellecta ꝑ̄nitate vl' filiatiōe:que dicunṫ ꝑsonalitates ꝛ ꝑm h̄ abstracta ꝑsonalitate ꝑ itellectū possum⁹ itelligere adhuc nām assumētē.)Hec ille.¶Itē 3°sen.dis. 5ª.q.2.arti.3°. sic dicit.(Circūscriptio ꝑsone a nā diuina pōt dupl'r itelligi.vno mō ꝙ circūscribaṫ ois rō ꝑsonalitatis:ꝛ sic ipsa nā neqꝫ erit subsistēs in se:neqꝫ erit in aliquo subsistēte:vñ nō hēbit eē in re:sed in itellectu:ꝛ sic nō cōuenit ei:neqꝫ assumere:neqꝫ aliqd agere: alio mō pōt itelligi ꝙ circūscribanṫ ꝑsone distincte: quas ponit fides:eis aūt circūscriptis adhuc remanet nā diuina subsistēs:sicut itelligūt deū:q nō hñt fidē trinitatis:siue hoc ꝙ itelligāt ibi patrē:vel filiū:vel spūꝫ scm̄: vñ adhuc remanebit ibi ꝑsonalitas aliq̄:ꝛ ꝑm h̄ cōclō ꝓcedit de circūscriptiōe personaꝝ distinctaꝝ: quas fides supponit:ꝛ h̄ mō dicēdū est:ꝙ circūscriptis personis:adhuc nāe diuie ꝯuenit assumere.)Hec ille.¶Ex quib⁹ pōt formari talis rō.Remanēte sufficiēte causa actiua assūptiōis remanere pōt assūptio nāe humane sed circūscriptis ꝑ itellectū ꝑsonalitatib⁹ relatiuis diuinis remanet sufficiēs cā assūptiōis actiua: qꝛ adhuc pt itelligi in deo oipotētia:subsistētia:ꝑsonalitas.igiṫ ꝛc̄.

¶Quarta ꝯclusio.Nā diuia suppositis ꝑsonalitatib⁹ relatiuis:quas fides ponit:nō ṗ:sꝫ q̄si scdario assūpsit nām humanā:hāc ponit scūs Tho.3.pte.q.3.ar.2°. vbi sic dicit.(In vbo assumptiōis duo significanṫ.s.principiū actiōis:ꝛ termin⁹ eius:esse aūt assūptionis ṗncipiū ꝯuenit nature diuine ꝑm seipsam:qꝛ ei⁹ vtute assūptio facta est:sed eē terminū assūptionis nō ꝯuenit nāe diuine ꝑm seipsaꝫ:sꝫ rōne ꝑsone in qua cōsideraṫ:ꝛ iō ꝑ̄dē ṗ ꝛ ꝓprijssime ꝑsona dr̄ assumere:scdario aūt pt dici:ꝙ ēt nā assumit nām ad sui ꝑsonā:ꝛ ēt ꝑm hunc modū dr̄ nā icarnata nō quasi sit in carnem cōuersa:sꝫ qꝛ
Lib.3.ca.6. nām carnis assumpsit:vñ dicit Damas. Dicimus nāꝫ dei icarnatā esse ꝑꝫ beatos Athanasiū ꝛ Cyrillū.)Hec ille.¶Itē in solutiōe scdi sic dicit.(Illud qđ cōuenit diuine nāe ꝑm se:ꝯuenit trib⁹ ꝑsonis:sicut bonitas: sapiētia:ꝛ hm̄ōi:sed assumere cōuenit ei rōne ꝑsone verbi:ꝛ ideo illi soli ꝑsone ꝯuenit.)Hec ille.¶Ex qb⁹ pōt formari talis rō.Quicqd ꝯuenit nāe diuine primario ꝛ ꝑ se:cōuenit trib⁹ ꝑsonis:sed assumere nō cōuenit tribus personis.igitur nō ꝯuenit eēntie ṗmo ꝛ per se:sed si cōuenit ei.h̄ erit secūdario:ꝛ quasi per aliud.s.ratione ꝑsone.Et in hoc primus articulus terminatur.

Contra p^m Sco.dist.7. q.3.

Quantum ad scdm articulū arguēdū est contra cōclusiones:ꝛ quidē ꝯtra primā arguit Scotus ꝓbādo:ꝙ ṗdestinatio aie xp̄i nō solū fuerit ꝑ redēptiōe aliaꝝ.Primo.Qꝛ pri⁹ nā q̄ aliqd preuideatur circa peccatorē:siue de pena:siue de peccato: de⁹ preelegit ad curiā celestem oēs:quos voluit hr̄e homines ꝛ angelos in determinatis gradib⁹:ꝛ nullus est predestinat⁹ tm̄:qꝛ alius ṗuisus est casurus:vt sic nullū oporteat gaudere de lapsu alteri⁹:multo magis ḡ hoc est verū de ṗdestinatione illi⁹ aie:que ṗdestinabaṫ ad sūmā gloriā,vniuersal'r eniꝫ ordinate volēs pri⁹ videṫ velle hoc:qđ est fini ꝓpinqu⁹:ꝛ ita sicut prius vult alicui gloriā q̄ grām:ita ēt iter predestinatos:qbus vult gloriā ordinate videṫ prius velle illi gloriaꝫ:quā vult esse fini ꝓximiorē:ꝛ ita huic aie.¶Secundo.Qꝛ nulla necessitas fuit:vt aia a ṗncipio gloriosa:cui deus preoptauit:nō tm̄ sūmā gloriā:sed ēt coeuā illi aie vnita nō fuisset corpori passibili:ꝙ fuisset redēptio faciēda:ꝛ ideo auctoritates exponēde sunt:ꝙ xp̄s nō venisset vt redēptor:nec vt passibilis:sed nō solū ꝑꝑ illā redēptionem videṫ de⁹ illā animā ad tātā gloriā preordinasse: cū illa redēptio seu gloria animarū redimēdarū nō sit tm̄ bonum quātū est gloria aie xp̄i.Nec est verisimile sūmū tā bonū in entib⁹ esse tantū occasionatū.s.ꝓpter minus bonū:sicut nō est verisimile deuꝫ prius ṗdestinasse adā q̄ xp̄m:qđ tamē sequereṫ.¶Tertio.Qꝛ sequereṫ ꝙ deus predestinādo adā:prius preuidisset eū casuruꝫ q̄ predestinasset xp̄m:si predestinatio xp̄i tantū modo fuit pro redēptione alioꝝ:hoc autē nō videṫ esse cōueniēs:neqꝫ veruꝫ.

Contra 2^m Sco.dist.p^a q.2.

¶Cōtra scdaꝫ cōclusionem arguit Scotus ꝓbādo:ꝙ vna nā nō posset simul assumi a trib⁹ suppositis:aut personis diuinis sic:ꝙ prim⁹ termin⁹ vnionis esset persona.primo sic.In oi eēntiali depēdentia vnū depēdens precise depēdet ad vnuꝫ qđ totaliter terminat depēdentiā eius:sed in ista vnione est essentialis depēdentia vnius nature:ꝛ vna persona essentialiter terminat eā.ergo nō pōt eadeꝫ nā dependere ad plures tales personas.maior ꝓbatur in oi essentiali depēdentia causati ad cāꝫ:qꝛ impossibile est idem causatū habere plures causas totales in eodē genere causandi vel essendi:a qbus dependeat:sequereṫ eniꝫ ꝙ essentialiter depēderet ab illo vt a cā:quo non existēte:nihilomin⁹ esset. Si enim causatū aliquod habeat.a.pro cā totali efficiēte.ꝛ cū hoc.b.sil'r.a.sufficienter efficeret ipsuꝫ omni alio circūscripto.alias nō esset cā totalis.igitur ille effectus esset ab.a.nō existēte.b.ꝛ ita nō depēderet a.b.Cōsil'r eꝫ arguiṫ de a.si.b.ponaṫ cā totalis:igr̄ si.b.ponaṫ cā totalis:ꝛ sil'r.a.vtrūqꝫ erit cā totalis:ꝛ neutꝝ erit cā totalis:ꝛ ita arguiṫ in oibus depēdentijs:etiā que nō sunt causatoꝝ ad causas:quia cuꝫ depēdētia alicui⁹ fuerit totaliter terminata ad aliquid:ipsum nō potest dependere ad aliud depēdētia eiusdē rationis ꝛc̄.¶Simil'r cōfirmatur hoc de accidente respectu pluriū subiectoꝝ.minor vero probatur:qꝛ personalitas creata total'r terminat eā:ꝛ illa stāte nō posset simul esse in alia ꝑsona: siue creata:siue increata:sed nō min⁹ terminat eaꝫ personalitas quecūqꝫ diuine persone q̄ terminaretur a personalitate creata. Igitur ꝛc̄.¶Secūdo arguiṫ sic.Quia multiplicato supposito creato:multiplicatur natura.ergo simil'r multiplicato supposito icreato.tenet cōsequētia.qꝛ increatū supplet vicē suppositi creati.ergo ita distinguit:sicut distingueret suppositū creatuꝫ.¶Tertio.Quia illud qđ cōpetit alicui:vt distinguiṫ ab alio:nō pōt cōpetere illi alij:sed icarnatio competit filio:vt distinguiṫ a patre. ergo nō potest competere patri.¶Quarto arguiṫ ab alijs sic.Quia ifinitati nature attestatur:qđ possit esse in plurib⁹ suppositis:vnde consueuit dici:ꝙ pluralitas diuinoꝝ suppositoꝝ cū vnitate diuine essentie ꝯuenit ex illimitatione diuine nature:sed ois infinitas ꝛ illimitatio repugnat creature.ergo nulla vna natura creata sic potest assumi:ꝙ existat in pluribus suppositis.
¶Quinto.Quia depēdentia nature create assumpte perfectius terminatur per diuinuꝫ suppositū q̄ terminaretur per ꝓpriuꝫ:sed si natura creata cōstitueret ꝓprium suppositū:nō posset simul esse in ꝓprio supposi

to ⁊ in alieno. ergo fortiori ratione natura creata assū-
pta ab vno supposito diuino nō potest assumi ab alio.
¶ Sexto. Quia sicut accidens naturaliter sustētatur
in supposito substātie: sic miraculose natura hūana su-
stentatur in supposito diuino assumēte eā: sed vnū ac-
cidens non pōt simul esse in pluribꝰ subiectis. ergo nec
eadē natura pōt simul esse in pluribus suppositis diui-
nis. ¶ Septimo. Quia Anselmꝰ de cōceptu virginali
expresse dicit: ꝙ tres persone nō potuerunt vnum atq3
eūdem hominē assumere: ⁊ si dicat̄ ꝙ Anselmus acci
pit ibi hominē pro supposito: qđ nō est assumptibile: et
nō pro natura. ¶ Cōtra. Quia ibidē cōcedit ꝙ vna ꝑ-
sona potuit assumere hominē: nō aūt tres persone: sed
primū nō pōt concedi accipiēdo hominē pro supposi-
to: sed solū pro natura. igitur scđm nō negatur accipiē
do hominē pro supposito: sed pro natura. ¶ Cōtra. 3.
⁊. 4. cōclusiones arguit Sco. ꝓbando: ꝙ essentia diui-
na per se subsistēs potest esse ꝓximus terminus vnio
nis: qꝛ ipsa nā diuina nullū esse habꝫ a persona: sed priꝰ
naturalr̄ ꝙ̄ sit in persona dat esse persone: est eniꝫ natu
ra de se hec ⁊ per se subsistēs: licꝫ nō incōicabilr̄: videt̄
enim ꝙ incōmunicabilitas nō sit necessario ꝓpria ra-
tio terminandi illā: sed subsistere simplr̄. ¶ Arguit ad
ideꝫ Durādus sic. Si nō posset fieri vnio nature hūa-
ne cum diuina in supposito diuino quantū ad existen-
tiam: nisi fieret vnio eiusdē nature cū ꝓprietate relati-
ua quo ad personā: hoc nō esset: nisi qꝛ vnio naturarū
ƒm existētiaꝫ supponeret vnionē ƒꝫ esse personale: aut
qꝛ ad vnioneꝫ ƒm existere: vel existētiaꝫ necessario cō
comitaretur: aut sequeretur vnio ƒm personā: vel ƒm
esse personale: sed neutrū istorū est: vt ꝓbabitur. ergo
natura humana posset vniri diuine persone in suppos
to relatiuo quātū ad existētiam: dato ꝙ nō vniret̄ ꝓ-
prietati relatiuē quo ad personaꝫ. maior patꝫ. qꝛ si vna
vnio nō supponit aliā: nec necessario cōcomitatur: aut
seqt̄: tunc vna pōt esse sine alia. minor ꝓbatur quan
tum ad oēs eius partes. ¶ Qđ eniꝫ vnio nature diuiē
cum creata in eodē supposito ƒm existētiaꝫ nō suppo-
nat tāꝙ̄ priorē vnionē: que est ƒm ꝓprietatē relatiuaꝫ:
ꝓbatur: qꝛ vnio nature assumpte cū persona supponit
vnionē eius cū essentia diuina: qđ sic pꝫ: qꝛ per illud ꝙ̄
cōpetit persone diuine vniri nature assūpte: per qđ cō-
petit ei depēdētiaꝫ terminare nature assūpte: ſꝫ ꝑso-
ne diuine ꝯpetit termiare depēdētiā nāe assūpte rōne
substātie vel essentie diuine. ergo persone diuine com
petit vniri nature assumpte rōne essentie: ⁊ nō econtra
maior pꝫ. qꝛ sicut natura assumpta vnitur: qꝛ depēdet
ita persona assumēs eam vnitur: qꝛ terminat depēden
tiam. minor pꝫ. qꝛ persona diuina nō subsistit nisi per
essentiā vel rōne essentie: per h autē: per qđ cōpetit sibi
per se subsistere: cōpetit sibi primo terminare depēden
tiaꝫ nature assumpte: ⁊ h est essentia. quare ⁊c. ¶ Qđ
autē ad vnionē nature create cū diuina quantum ad
existētiā nō necessario cōcomitetur vel sequatur vnio
eiusdē nature cū ꝓprietate relatiua quo ad personam.
pꝫ. quia ista cōcomitātia vel cōsequētia nō esset nisi ex
habitudine essentie diuine ad ꝓprietatē relatiuā: quia
hūana nā ƒm se nullā habitudinē necessariaꝫ hꝫ ad h
vt vniatur ꝓprietati relatiue: ⁊ ideo si sit ibi aliqua ne-
cessitas: illa ꝯsurgit ex habitudine nāe diuine ad ꝓpe-
tatē relatiuā: vt qꝛ nā humana vnita est diuine nāe: ꝙ̄
necessariā habitudinē hꝫ ad ꝓprietatē relatiuā: ꝑ ꝯñs
vniat̄ alicui ꝓprietati relatiue: sed istud nō pōt dici: qꝛ
essentia diuina nō solum hꝫ habitudinē necessariā ad
vnā proprietatē relatiuaꝫ: sed ad omnes. si ergo ꝓpter

Contra 3am ⁊ 4am Sco. dist. i. q. 2.

Ad idem arguit Duran. dist. i. q. 4.

necessariā habitudinē nature diuine cum ꝓprietate re
latiua ad vnionē nature humane cum essentia diuina
ƒm existētiaꝫ sequeretur necessario vnio eiusdeꝫ cum
ꝓprietate relatiua quo ad personā: sequeretur ꝙ non
posset fieri vnio humane nature cū diuina ƒm existē
tiam: quin fieret vnio eiusdē cū qualibꝫ ꝓprietate re
latiua quo ad personā: qꝛ essentia diuina ad quālibꝫ hꝫ
necessariā habitudinē: ⁊ nō ad alterā solum: ⁊ ita vnū
suppositū relatiuū nō posset assumere sine alio: qđ est
erroneū. Relinquit̄ ergo ꝙ in supposito diuino lꝫ re-
latiuo posset fieri vnio humane nāe cū diuina ƒꝫ exi-
stentiā: dato ꝙ nō fieret vnio cum ꝓprietate relatiua
quo ad ꝑsonā: sed tunc talis vnio nō plus fieret in vno
supposito ꝙ̄ in alio: sed equaliter in oībus: quia esset so
lū ƒm existere: qđ est oībus cōmune: ⁊ nō ƒm aliquid
ꝓpriū ⁊ personale. Hec Durandus. ¶ Et in hoc secun
dus articulus terminatur.

Quantum ad tertium articulū restat prefatis obiectionibus dei cum adiutorio re
spondere: ⁊ ideo ad primū contra primā cōclusionem
dicitur: ꝙ in diuina prescīētia: aut prouidētia: aut pre-
destinatione nulla est prioritas: aut posterioritas natu
re ex parte actus diuini: quasi vnꝰ sit prior alio: nec ex
parte obiectoꝝ vt cadunt sub actu intellectus aut vo-
luntatis: quasi hoc prius natura sit scitum aut volitū
ꝙ̄ aliud: cum diuinus intellectus vnicū actū habeat
quo simlr̄ natura fert̄ in oīa sua obiecta potissime crea
ta: sine quocūq3 discursu: aut ordine reali: ⁊ similr̄ diui-
na voluntas: vt ꝓbat sanctus Tho. pma parte. q. 14.
artic. 7. cōceditur tamē: ꝙ est ibi ordo rationis ex par-
te ratiocinātis. s. intellectus nostri: qui itelligit successi-
ue ea: que in obiecto sunt simul. ¶ Ulterius ꝯceditur
ꝙ iter obiecta preuisa ⁊ preuolita est ordo volitꝰ ⁊ pre-
ordinatus a deo: preuidit eniꝫ ⁊ preuoluit hunc effectū
esse ꝓpter alium: ⁊ ordinari ad aliū: ⁊ causari ab alio
causalitate efficiētis: aut finis: aut forme. ⁊ ideo cōcedi
tur: ꝙ deus preuidit electos esse priores reprobis: ⁊ glo
riam grā: ⁊ predestinationeꝫ: gloriā: gratiā: redēptionē
esse priores casu aut peccato. ¶ Cōceditur vlterius ꝙ
nullus est predestinatus precise ꝓpter hoc ꝙ alius est
preuisus casurus: ad hunc sensum ꝙ preuisio casus sic
causa predestinationis stātis: sed tamē concedi potest
ꝙ aliquē nūꝙ̄ casurum ⁊ firmiter staturū deus prede
stinauit ad subleuādum casuruꝫ: sicut christū ad sub-
leuandum adam. ¶ Cōceditur vlterius: ꝙ deus quia
ordinatissime vult: hoc est vult rectissimū ordinem in
suis volitis: nō in sua volitione: quia inꝙ̄ sic rectissime
vult: ideo vult animā christi esse proximiorē vltimo fi
ni: ⁊ feliciorē ac beatiorē ceteris beatis: ⁊ alios ordi-
nari ad illā: ⁊ nō illam ad alios: ita ꝙ tota prioritas se
teneat ex parte obiectorū inter se: non autem ex parte
actus volēdi in se: nec vt tendit in obiecta quasi actus
sit prior actu: aut idem actus prius quacūq3 reali prio-
ritate tendat in hoc obiectuꝫ creatū ꝙ̄ in aliud. ¶ Ad
hunc sensum sanctus Tho. 3. sententiaꝝ dist. x. q. 3. arti.
pmo. questiūcula 3a. ꝯcedit: ꝙ predestinatio christi est
causa predestinationis nostre efficiēs inquantum ipse
est mediator nostre salutis: ⁊ formalis inquātum in fi
lios dei ad eius imagineꝫ predestinamur: ⁊ finalis in-
quātum nostra salus in eius gloriam redūdat. ¶ Itē
3a parte. q. 24. articu. 4. vbi sic dicit. ¶ Si cōsideretur
predestinatio ƒm predestinationis actum: predestina-
tio christi nō est causa nostre predestinationis: cū vno
⁊ eodem actu deus predestinauerit christum et nos.
Si autem consideretur predestinatio ƒm predestina-

tionis terminus: sic predestinatio christi est causa nostre predestinationis. Sic enim deus preordinauit nostrã salutẽ ab eterno predestinando: vt per iesum xpm ꝯpleretur. Sub predestinatione enim eterna nõ solum cadit illud: quod fiendũ est in tẽpore: sed etiã modus ⁊ ordo ẜm quẽ cõplẽdũ est ex tẽpore.) Hec ille. ¶ Itẽ ibidem in respõsione ad 3m sic dicit. (Si xpus nõ fuisset incarnãdus deus preordinasset homines saluari p aliã causam: sed qꝛ preordinauit icarnationẽ xpi simul cum hordinauit: vt esset cã nostre salutis.) Hec ille. ¶ Itẽ tertia parte. q. pma. arti. 3°. in solutione quarti sic dicit. (Predestinatio presupponit pscientiam futurorum: ⁊ ideo sicut deus predestinat salutẽ alicuius hominis per orationẽ alioꝝ implẽdam: ita etiã predestinauit opus incarnationis in remedium humani peccati.) Hec ille. ¶ Ex qbus oibus patz: ꝙ argumẽtum multa falsa assumit: potissime tria. ¶ Primũ est: ꝙ pri9 natura de9 predestinet omnes electos ꝙ̃ preuideat aliquid circa peccatores. ¶ Secũdũ est: ꝙ in diuinis actibus sit ordo nature ex parte actuũ in se: aut vt tendunt in obiecta creata. ¶ Tertium est: ꝙ deus prius velit vnum ꝙ̃ aliud prioritate nature: qꝛ nõ solũ falsum est: ꝙ in deo actus intellectus sit natura prior actu voluntatis: imo falsum est: ꝙ idẽ actus itellectus aut volũtatis prius natura tendat in vnũ obiectum ꝙ̃ in aliud: potissime loquẽdo de obiectis creatis. ¶ Si autẽ quis dicat ꝙ saltem pcedẽdus est ibi ordo rationis ex parte ratiocinãtis: ⁊ si negetur ex parte rõcinabilis: ⁊ sic prius ẜm rationẽ deus voluit gloriam anime xpi ꝙ̃ redemptionẽ humani generis: quia maius bonum prius vult ẜm rationem: ⁊ sic pro illo priori voluit icarnationem per se: ⁊ ẜm se: ⁊ non propter aliud. ergo cessantib9 posteriorib9 cõmodis: adhuc icarnatio fuisset: qꝛ volũtas diuini beneplaciti semper adimpleretur ⁊c. ¶ Dicitur ꝙ inter maius bonum ⁊ minus bonum põt esse duplr ordo. s. per se: ⁊ per accidẽs: per se quidem sicut inter bonum nature: gratie: ⁊ glorie: ⁊ bonoꝝ taliter ordinatorum de9 prius ẜm rationẽ vult maius ꝙ̃ minus: sicut gloriã gratia: ⁊ gratiã natura. per accidens autem sicut inter duas gratias: aut duas glorias nullũ essentialẽ ordinẽ inter se habẽtes: ⁊ talium bonoꝝ nõ est necessarius maius esse prius volitũ ẜm rem: aut ẜm rationem: ⁊ sic nõ opz cõcedere: ꝙ deus prius re: aut ex nã rei: aut ẜm rationẽ voluerit gloriã anime xpi ꝙ̃ redemptionẽ generis humani: imo potest esse: ꝙ prius ẜm rationẽ voluerit ẜm bonum ꝙ̃ primũ. ¶ Ad scdm dicitur primo: ꝙ sanctus Tho. 3°. sen. dist. i. q. i. arti. 2. tenuit illum modũ glosandi auctoritates sanctoꝝ: quẽ tangit arguens esse pbabilẽ: sed in sũma repudiauit eũdẽ tãꝙ̃ presũptuosum. ¶ Dicitur scdo: ꝙ anima xpi nõ fuit predestinata ad tantã gloriã ppter solam redẽptionẽ generis humani: si sit sensus: ꝙ illa redẽptio fuerit principalis finis glorie anime xpi: aut sue gratie: vel nature: quin potius: sicut superi9 dictum est: totalis gloria hominũ beatorum ordinatur sicut in finem in gloriã aie xpi. ¶ Dicitur tertio: ꝙ redẽptio humani generis fuit finis sine quo nõ fuisset gloria aie xpi talis ⁊ tãta: qualis ⁊ quanta nunc est: vel si redẽptio hũani generis nõ fuit finis glie aie xpi: fuit tñ finis icarnatiõis: aliud. n. est dicere hoc: ⁊ aliud illud. ¶ Dr 4° ꝙ icarnatõis xpi multiplex põt assignari finis. s. pxim9 ⁊ remot9 vel ptialis ⁊ totalis: pximus finis est redẽptio electorũ: remotus vero perfectio vniuersi: vel gratia dei: vl ipse deus: similiter omnia ista sunt finis totalis: singulũ vero eorũ potest dici finis partialis: modo nõ est incõueniens magnum

Inter mai9 ⁊ minus bonum duplex ordo.

Incarnationis finis multiplex.

bonũ occasionari ppter minus bonum tãꝙ̃ pp finem proximũ aut partialem. Et de hoc sanctus Tho. tertia parte. q. pma. artic. 3°. in solutione tertij. (Nihil (inqt) prohibet ad aliquid maius naturam humanam esse pductam post peccatum: deus enim permittit mala fieri: vt inde melius aliquid eliciat: vnde dicitur Ro. 4° Vbi abũdauit iniquitas: superabundauit gratia: vnde ⁊ in benedictione cerei pascalis dicitur. O felix culpa: que talem ac tantũ meruit habere redemptorem.) Hec ille. ¶ Item 3° sen. dist. i. q. i. articu. 3°. in solutione quinti sic dicit. (Sicut dicit aplus Ro. 5° vbi abundauit delictum superabundauit ⁊ gratia: vnde nõ est incõueniens si aliquod bonum ex peccato de[illegible] eliciat: qđ sine peccato nõ fuisset: vt patz in multis virtutibus vt in patiẽtia: ⁊ penitẽtia: ⁊ huiusmodi: ⁊ ita etiã ex peccato hominis hoc optimũ deus potuit elicere: vt deus incarnaretur: ppter qđ Grego. dicit. O felix culpa ⁊c.) Hec ille. ¶ Dicit 5°: ꝙ ex positiõe nostra nõ segtur ꝙ deus pdestinauerit prius adam ꝙ̃ xpm: si ly prius dicat prioritatẽ durationis: aut perfectionis: aut aliã prioritatem realẽ: si vero dicat prioritatem rationis nõ ex parte rationabilis: sed ex parte nostri itellectus ratiocinãtis nõ est icõueniẽs. Intelligimus enim pmo: ꝙ deus voluit gloriã suam ⁊ bonitatẽ suam manifestari generaliter in productiõe perfecti vniuersi. ¶ Secũdo. ꝙ in illo vniuerso voluit esse aliquas creaturas intellectuales ⁊ rõnales beatas. ¶ Tertio: ꝙ puidit casum aliquarum creaturarũ rõnaliũ: quas pdestinauerat. ¶ Quarto. ꝙ decreuit lapsas reparare per icarnatione filij sui. ¶ Quinto. ꝙ voluit aiam xpi esse priorẽ ceteris in gra ⁊ gloria: ⁊ oẽs alias: ⁊ beatitudinẽ: ⁊ grãm: ⁊ redẽptionẽ earũ ordinari in gloriã aie xpi. ¶ Ad tertiũ pz responsio per iam dicta: qꝛ cõsequens: ad quẽ deducit non est icõueniẽs loquendo de prioritate rationis: vnde breuiter predestinatio ceteroꝝ electorum prior est predestinatione anime xpi ẜm rationem itelligendi: sed predestinatio anime xpi prior est predestinatione aliorum ẜm viam perfectiõis ⁊ causalitatis execute effectus tẽporalis: vt prima prioritas sit quasi prioritas intentionis. Secũda vero sit quasi prioritas executõis. ¶ Sciẽdum etiã ꝙ predestinatio xpi vno modo potest dici finis nostre predestinatiõis ex parte effectus tẽporalis: ⁊ alio modo nostra predestinatio ⁊ redemptio potest dici finis predestinationis xpi. Nam dupliciter aliqd potest dici finis alicuius: puta. a. esse finis ipsi9. b. Primo modo. quia. b. ordinatur ad acquisitionem vel cõseruationem ipsius. a. sicut sanitas dicatur finis medicine: ⁊ hoc modo nostra predestinatio quo ad terminum tẽporalem est finis predestinationis xpi: qꝛ sicut superius allegatum est: deus predestinauit opus icarnationis xpi in remedium humani peccati. Scdo modo. a. potest dici finis. b. qꝛ ex ipso. b. prouenit aliqua vtilitas vel aliquod bonũ ipsi. a. vel ipsum. a. tendit in ipsum. b. sicut in illud: cuius similitudinẽ ⁊ participationẽ desiderat: ⁊ isto modo pdestinatio xpi est finis nostre pdestinationis: qꝛ salus nostra in xpi gloriam redundat: vt superius dictũ est: ⁊ ideo sua predestinatio ⁊ nostra inuicem se precedunt. Predicta aũt distinctio fundat in dictis sci Tho. 2. sen. dis. i. q. 2. art. 3°. vbi sic dicit. (Finis alicui9 rei dr duplr. s. vel in quẽ tẽdit nãlr: vel qꝛ ex eo ꝙ ad ipsum: sicut ad finẽ ordinari dr: vtilitatẽ aliquam cõsequatur ẜm intẽtionẽ ⁊ ordinẽ agẽtis: vtroꝙ autẽ modo homo dr finis creaturarũ ⁊c.) ¶ Itẽ in solutione secũdi sic dicit. (Nõ est homo finis ois creature: sicut vltimo intẽtum ab oi creatura: sz sicut illud: cui p-

Predestinatio christi est finis nature ⁊ ecõuerso diuersimode.

uenit

nenit vtilitas ex oi creatura.) ¶ Item ibidē sic dicit. (Ois creatura corpalis tendit in assimilationē nāe intellectualis quātum pōt: q̄ altiori mō diuinā bonitatem consequit̄: ⁊ pp hoc forma hūana. s. aīa rōnalis: dr̄ esse vltimus finis intentus a nā inferiori: vt dicit̄ scdo de anima.) Hec ille. ¶ Unde totū capitulū: vel articulū: qr multū benefacit ad ppositū. ¶ Ad pm̄ ꝯ 2m̄ ꝯnem dr̄ pmo: q maior si intelligat̄ depēdētia causati ad suā cām cōcedi potest licet eam neget Ocham ⁊ Adam p sen. dist. pa dubio 4°. ⁊ satis pbabiliter: ⁊ pfertiꝫ vbi illa duo q̄ termināt eadē causalitate ⁊ potētia terminăt: sicut est in pposito: nam queliꝫ psona diuina est totalis cā cuiuslibet creature: ⁊ tn̄ sunt tres. Si aūt intelligat̄ depēdentia vni⁹ relatiui ad aliud correlatiuū: falsa est: naꝫ tali depēdentia vnū pōt depēdere ad multa: sicut idē albū numero est simile multis alijs albis: ⁊ tn̄ dependet ab vno q̄tū ab alio in esse relatiuo: ⁊ similr̄ idē q̄tū est eq̄le vel duplū multis q̄tis: ⁊ depēdet ab vno: sicut ab alio. ¶ Et ad pm̄ pbationē maioris: si sic itelligatur dr̄: q solū arguit de pma depēdētia: ⁊ nō de secūda. Cuꝫ etiā secūdo additur ⁊ arguit̄ q maior sit vā in oi genere depēdentie: qr cū depēdētia alicui⁹ fuerit totaliter termiata ⁊c̄. Dicit̄ q vnū relatiuū termiat totaliter depēdentiā alterius intensiue nō aūt extensiue: ⁊ ideo pōt termiari nō ad tot: gn ad plura eiusdē rōnis si sint vel esse possint: vnū eniꝫ ouum nō pōt assimilari tot ouis gn plurib⁹. ¶ Dicit̄ 2°. q depēdētia nāe assūpte ad psonaꝫ assumentē nō est precise depēdentia causati ad cām: qr talis causalitas est cōmunis tribus personis: ⁊ tres psone simul terminăt oēm talem depēdētiam creature: sed est potius depēdentia relatiui ad correlatiuuꝫ puta vnibilis ad vnibile: vel suppositalis ad suppositās: ⁊ forme ad suū formabile: ⁊ si sit depēdētia cāti ad cām: hoc est rōne absoluti: qđ est in psona ⁊ non rōne relatiue pprietatis: nec plus est ad vnā psonā q̄ ad aliā: nullū aūt relatiue dictū in diuinis in assumēdo assumit ppria vel distincta causalitate: sꝫ dicitur assumere vnū: ⁊ nō dr̄ assumere aliud nām hūanaꝫ: qr vna psona relatiua virtute nāe: essentie: potētie: ⁊ oium diuinorum attributorum vnit sibi nām hūanā: ita q est illius vnionis nō tm̄ pncipiū effectiuū: aut causale: sed etiam terminus relatiōis vniti ad vnibile: de hoc scūs Tho. in 3°. pte. qō. 2°. arti. 6°. ⁊. 3°. sen. dist. 5a. qō. pa. arti°. p. vbi ponit q assumptio ex pte assumētis nō solū dicit actionem qua fit vnio nāe ad psonā trahēdo eaꝫ ad tale subsistere: qđ est incōicabile plurib⁹ suppositis: aut psonis: nec est cōpossibile cum alio subsistere in eadem nā vel psona: sed psona diuina terminat depēdētiaꝫ nāe trahendo eā ad ppriū subsistere: qđ est cōicabile pluribus suppositis. imo includit in sua significatiōe terminum actionis ⁊ vnionis. ¶ Dicitur 3° ad ꝯfirmationē ibidē adductā: q nō ē simile de accnte respectu pluriuꝫ subiectorum: ⁊ de vnione nāe ad plures psonas: qr depēdētia accntis ad subiectū est pncipaliter depēdentia causati ad cām. ¶ Dicitur 4°. ad pbationē minoris: q suppositū creatū totaliter terminat depēdētiaꝫ nāe create nō aūt suppositū increatū: qr terminatiōes ille sunt alterius rōnis. Suppositū eni creatū terminat dependētiam nāe sue: sꝫ vnū eē ⁊ vnū subsistere: in quo aliđ suppositū creatū cōmunicare nō pōt: sꝫ diuersorum suppositorum sunt diuerse subsistētie in creaturis. nō sic in dinis qr diuine psone vnicā habēt subsistētiā vel potius vnicū psone subsistere: ⁊ vnicū eē ⁊ existere: licꝫ habeāt distinctas psonalitates. Jō nō sequit̄ q eadē nā haberet plures subsistētias si assumeret̄ a plurib⁹ diuinis psonis: sed solū q esset vnita plurib⁹ psonalitatib⁹ relatiuis. Hoc aūt nō esset incōueniens: qđ declarat sanctus Tho. 3°. sen. dist. i. q. 2a. arti. 4°. vbi sic arguit. (Maior est distātia diuersarum potētiarum aie ad inuicē: que ēt i absolutis distinguūt̄ q̄ diuinarum psonarum: q̄ solū distiguūtur in eo: qđ ad aliud est: sed aīa vnit̄ eideꝫ mēbro sm̄ diuersas potētias: qđ pꝫ qr organa aliorum sensuū sunt ēt organa tactus: qui p totū corpus diffundit̄. igitur de⁹ pt vniri homini: ita q tres psone vnā nāꝫ assumāt.) Hec ille. ¶ Unde si plura supposita creata: vel vnū creatū: ⁊ aliud icreatū haberēt vnicā subsistētiam: sicut habēt diuine psone: tūc suppositū creatū nō totaliter terminaret extēsiue depēdentiā nāe: gn possꝫ vlteri⁹ termiari p aliud suppositū habēs eandē subsistētiaꝫ. Sed qr nullū suppositū creatū cōicat cuꝫ alio supposito in eadem subsistētia. Ideo qn̄cūqꝫ terminat dependētiam nāe: totaliter eaꝫ terminat taꝫ intēsiue q̄ extēsiue. Iteꝫ suppositū creatū terminat depēdentiam nature eo mō quo totuꝫ subsistēs terminat dependētiam ptium: persona vero diuina terminat dependētiaꝫ nature assumpte eo modo: quo subsistēs terminat depēdentiā alic⁹ sibi vniti: sicut subiectū depēdentiam accidētis. Cōstat aūt q idē nō pōt esse ps duorum totorum subsistētiū: sꝫ idē accidēs pōt vniri duab⁹ substantijs hn̄tib⁹ eādē subsistētiā: sicut q̄titas māe ⁊ forme. ¶ Ad 2m̄ negat̄ ꝯn̄a: nec valet pbatio p simile de supposito creato: qr eē suppositi creati est incōicabile alteri supposito: ⁊ iō ad multitudinē ⁊ distinctionē suppositorum multiplicatur esse ⁊ subsistere: ⁊ per ꝯn̄s natura: qr plura esse nō cōueniunt eidem nature in numero: eē aūt ⁊ subsistere diuini suppositi est cōicabile tribus suppositis: ⁊ ideo plurificato supposito nō opꝫ plurificari esse: nec naturā assumptā. de hoc scūs Tho. de potētia dei. q. 2a. arti. p. (Natura (inquit) diuina a formis materialib⁹ in duobus differt. Primo quidē per hoc q forme materiales nō sūt subsistentes: vnde humanitas in homine nō est idē qđ homo qui subsistit: diuinitas autem est idem qđ deus vnde ipa natura diuina est subsistēs. Aliud est q nulla forma vel aīa creata est suum eē: sꝫ ipsuꝫ esse dei est ei⁹ natura ⁊ q̄dditas: ⁊ ide est q ppriū nomē ipsius est: q est: vt patet Exo. 3. qr sic denominat̄. q. a ppria forma sua. Forma igitur in istis inferiorib⁹ qr non per se subsistit: oportet q in eo cui cōicatur sit aliquid: per quod forma vel natura subsistentiam recipiat: ⁊ hec est materia: que subsistit formis materialib⁹ ⁊ naturis: qr vero natura vel forma māl̄is nō est suum esse: per hoc q in alio recipitur: acquirit esse: vnde sm̄ q in diuersis ē: de necessitate habet diuersum esse: vnde humanitas nō est vna in Sorte ⁊ in platone sm̄ esse: q̄uis sit vna sm̄ ppriaꝫ rōnem. In cōicatione vero: qua natura diuina cōmunicat̄: qr ipsa est per se subsistens: nō requiritur aliquid materiale: per qđ subsistentiaꝫ recipiat: vnde nō recipitur in aliquo. q. in materia vt sic genit⁹ ex materia ⁊ forma inueniat̄ cōpositus. Et iteruꝫ qr ipsa essentia est suū esse: nō accipit esse per supposita in quibus est: vnde per vnū ⁊ idē esse est in cōmunicāte ⁊ i eo cui cōmunicat̄: ⁊ sic manet eadeꝫ sm̄ numerum in vtroqꝫ.) Hec ille. ¶ Item. qō. 9a. arti. 5°. in solutione. i9. sic dicit. (Nullo mō ꝯcedēdū est: q in diuinis sit nisi vnū esse: cum esse semper ad essentiam ptineat: ⁊ pcipue in deo: cuius esse est sua eēntia: relationes aūt q̄ distiguūt supposita in diuinis: nō addūt aliud esse sup eē eēntie: qr nō faciūt ꝯpositionem cū eēntia: ois aūt for⁹ addens aliqđ esse sup esse substātiale facit ꝯpositionē cum substātia: ⁊ ipsuꝫ eē est accntale: sicut eē albi ⁊ nigri: diuersū

Tex. cō. 32.

Natura diuina a materialibus formis dupliciter differt.

tas q̄ fm esse sequitur pluralitatem suppositorum: sicut et diuersitas essentie in rebus creatis: neutrum autem in diuinis.) Hec ille. ¶ Ad 3m dicitur q maior habet virtutē qn̄ illud qd conuenit alicui vt distinguitur ab alio est principium distinctionis vnius illorum ab alio: sicut filiatio: q competit filio vt distinguit a patre: et est principiū distinctionis filij a patre: nō potest competere pri sed falsa est si intelligatur generaliter de illo qd conuenit alicui vt distinguitur ab alio: qd tamē nō est pncipiū distinctionis illorum: sed cōcomitatur distinctionē vel sequitur: sicut patet: nam anima rōnalis cōuenit oculo vt distinguitur a pede: et tamē eadem anima est in vtroq3. tunc dico q incarnatio nō cōuenit filio vt distinguitur a patre pmo modo: sed secūdo modo: et ideo potest vtriq3 cōuenire. ¶ Ad 4m respondit Duran. q cum dicitur q infinitati nature attestatur: q sit in pluribus suppositis: verum est de natura que intrinsece pertinet ad naturam ipsorum: et est tanq̄ fundamentū pprietatum quibus supposita cōstituuntur: et distinguunt: et hoc solum est diuina natura et essentia. Sed esse in pluribus suppositis relatiuis que extrinsece: puta q sine eo esset supposita: cōmunicat tamē ei existere in talibus suppositis: nō arguit aliquā infinitatē: qd patet ex simili: circūscribendo enim a deo supposita relatiua et ponendo vnum solum suppositum absolutū: sicut ponunt iudei et gentiles: tanta infinitas esset in illo vno supposito: sicut nunc est in pluribus relatiuis: et tamē nō oporteret naturam assumptam in illo supposito esse infinitam: q nō pertineret intrinsece ad naturam suppositi: sed solum ei cōmunicatur vt suum esse finitum habeat in supposito infinito: et sic est in pposito de essentia vnius nature create finite in pluribus suppositis diuinis. Hec Durandus et bene hoc excepto: q dicit naturam creatam habere esse finitum in supposito infinito: hoc enim est falsum. vt alias videbitur. ¶ Posset etiam aliter dici: q maior argumēti vera est quādo natura que est in pluribus suppositis nō acquirit: nec accipit esse per supposita: in quibus est: sed ipsa est suum esse: et dat esse suppositis: alias maior est falsa. ¶ Ad 5m dicit Durandus: q tota dependentia humane nature terminat p vnum diuinum suppositum eque perfecte vel perfectius q̄ terminaretur per suppositum pprium: quia subsistentia diuini suppositi est perfectior q̄ subsistentia cuiuslibet suppositi creati: et tamē hoc nō obstante potest assumi ab alio supposito diuino: quia nō assumitur ad nouam subsistentiam: cum subsistere diuinum sit tantum vnum: sed cōmunicatur ei noua vnio cum pprio alterius persone: que nō repugnat priori vnioni cum pprio persone assumētis: sed si natura creata substātificaretur in supposito pprio: nō posset substātificari in alieno creato: vel increato nisi assumeret aliud nouū subsistere in alio: et illud ɔtradicit ei: qd est subsistere in seipso: et ideo istud nō est possibile sicut aliud. Hec Dur. et bn̄. Un̄ breuiter dici pōt q nā humana ita pfecte supponitur i supposito diuino: sicut supponitur in pprio supposito: sed nō ita incōicabiliter: cuius ratio superius est tacta in solutione secundi. ¶ Ad 6m dicit Durandus: q nō est simile hinc inde. q supposita creata absoluta sūt: et ideo quicquid est in eis distinguit distinctione ipsorum: sed diuina supposita sunt relatiua: et ideo nō distinguit qcqd est in eis: sed solum relationes: nō quecūq3: sed opposite: Hec Durādus et bene. ¶ Posset et dici q nō est simile: q si idem accidens esset in diuersis subiectis: haberet diuersa esse: et sic esset idē et nō idem: natura autem humana in pluribus suppositis nō habet nisi vnum esse: conceditur tamē q eam impossibile est esse in pluribus suppositis habētibus diuersa esse. ¶ Ad septimum dicit Durandus: q Anselmus intelligit: q tres persone nō pnt simul: et semel assumere vnū et eundem hominem: vel humanā naturam: ita q assumant eam ad vnam psonalitatē: dicit enim sic. Impossibile est tres psonas esse vnam psonam cum vno eodemq3 homine: et in isto sensu conceditur: q tres persone non possunt assumere vnam naturam.) Hec ille et bene. ¶ Ad pmum contra quartam conclusionem dicitur: q licet diuina essentia subsistat: et de se sit hec: nō tamē est incōmunicabilis: et consequēter nec est de se suppositum: aut persona: vnio autem naturarum oportet q fiat in natura: vel in persona: nō autem fit in natura. ergo in persona: sed nō absoluta. ergo relatiua. De hoc sanctus Tho. 3a parte q. 2a arti. pmo sic dicit. ¶ Nomen nature a nascendo dictum est sumptum a generatione viuentium: que natiuitas vel pullulatio dicit: vt dicatur natura quasi nascitura: deinde translatum est nomē nature ad significandum principium huius generationis: et q principium generationis in rebus viuentibus est intrinsecum. Ulterius deriuatum est nomen nature ad significandum quodlibet principium intrinsecum motus: secundum q philosophus dicit in secundo physicorum: q natura est principium motus in eo: in quo est per se: et non secundum accidens: hoc autem principium est materia vel forma. Unde natura quandoq3 dicitur materia: quādoq3 vero forma: et q finis generationis naturalis in eo quod generatur est essentia speciei: quam signat diffinitio: inde est q huiusmodi essentia quādoq3 dicitur natura: et hoc modo Boetius diffinit naturam in libro de duabus naturis dicens. Natura est vnūquodq3 informans specifica differentia: que scilicet complet diffinitionem speciei. Sic ergo nunc loquamur de natura fm q significat quod quid est: siue quiditatem speciei vel essentiam: hoc autem modo accipiendo naturā impossibile est incarnationem verbi esse factam in natura. ¶ Tripliciter enim aliquid vnum ex duobus vl pluribus constituitur. Uno modo ex duobus perfectis integris remanentibus: quod quidem fieri non potest: nisi in his quorum forma est compositio: vel ordo: vel figura: sicut ex multis lapidibus absq3 aliquo ordine adunatis per solam compositionē fit aceruus: ex lapidibus autem et lignis fm aliquem ordinem dispositis: et ad aliquam figuram redactis fit domus: et fm hoc posuerunt aliqui vnionem esse per modum confusionis: que scilicet est sine ordine: vel commēsurationis: que scilicet est cum ordine. Sed hoc non potest esse. ¶ Primo quidem. Quia compositio: vel ordo: vel figura nō est forma substātialis: sed accidentalis: et sic sequeretur q vnio incarnationis non esset per se: sed per accidens: quod est falsum. ¶ Secundo. Quia ex huiusmodi non fit vnum per se simpliciter: sed fm quid: remanent enim plura in actu. ¶ Tertio. Quia forma talium nō est natura: sed magis ars: sicut forma domus: et sic non constitueretur vna natura in christo. vt ipsi volunt. ¶ Alio modo fit aliquid ex pluribus perfectis: sed transmutatis: sicut ex elementis fit mixtum: et sic aliqui dixerunt vnionem incarnationis esse factam per modum complexionis: sed hoc esse non potest. ¶ Primo quidem. Quia natura diuina est omnino imutabilis: vnde nec potest conuerti in aliud: cum sit incorruptibilis: nec aliquid in ipsam: cum sit ingenerabilis. ¶ Secundo. Quia illud quod est cōmixtum nulli miscibilium: est idem in specie: differt enim caro specie a quolibet

Ad 4m Durā. di. j. q. 3.

Tex. cō. 3.

Unum ex pluribus constituitur tripliciter pōt.

Unio hūi' in nā nō ē hoc.

cie a quolibet elemētorum: ⁊ sic christus nec esset eiusdem nature cuz patre: nec cuz matre. ¶ Tertio. Quia ex his: que plurimum distant: non potest fieri mixtio: soluitur enim species vnius eorum: puta si quis guttam aque amphore vini apponat: ⁊ secundum hoc cuz natura diuina in infinitum excedat naturam humanam: nō pōt esse mixtio: sed remanebit sola nā diuina. ¶ Sed forte dicet aliquis: ꝙ ille rōnes solum ꝓbant: ꝙ nō sit facta vnio in natura ad hūc sensuz: ꝙ ex diuinitate ⁊ humanitate nō resultat vna nā: sed nō ꝓbant quin nā humana sit imediate vnita diuine: ita ꝙ pmᵘ terminus vnionis sit eēntia diuina. ¶ Dicitur ꝙ si nā humana vniretur imediate ⁊ pmo nature diuine: hoc esse nō posset: nisi qꝛ traherete ad esse nature diuine: vt est esse nature: si autem natura humana illo modo traheretur ad esse nāe diuine: vniret sibi in nā: sicut corpᵘ vnietur anime in resurrectione: ⁊ ideo sanctᵘ Tho. sufficienter ꝓbat intentuz potissime: qꝛ in diuina natura nullum est suppositum absolutū precedēs relationes: cui posset vniri natura humana. Omnis autē vnio vel est in natura: vel in supposito nature: ⁊ ad naturam: vel ad suppositum nature. Tertio modo fit aliquid ex aliquibus nō permutatis: sed imperfectis: sicut ex anima ⁊ corpore fit hō: ⁊ similiter ex diuersis mēbris. ¶ Sed hoc dici non potest de incarnationis misterio. ¶ Primo. Quia vtraqꝫ natura est ſm suaz speciez: vel essentiam completa diuina scilicet ⁊ humana. ¶ Secūdo. Quia diuina ⁊ humana natura nō possunt constituere aliquid per modū partium q̄titatiuaꝝ: sicut membra constituūt corpus: qꝛ natura diuia est incorporea: neqꝫ per modū māe ⁊ forme: qꝛ natura diuina nō potest eē forma alicuius ꝑsertiz corporei. Sequeretur etiam ꝙ species resultans esset cōmunicabilis pluribus: ⁊ ita essent plures christi. ¶ Tertio. Quia christus neqz esset humane nature: nec diuine. differentia eniz addita variat speciez: sicut vnitas in numeris: vt dicitur. 8. metaphisice.) Hec sanctus Tho. ¶ Ex quibus cōcludit. ꝙ vnio incarnationis non sit facta in nā. ¶ Ulterius in sequēti articulo ꝓbat: ꝙ sit facta in persona: ⁊ ꝙ aliter nulla esset vnio: vnde sic dicit. (Persona aliud significat q̄ natura: nā enim significat essentiā spēi: quam significat diffinitio. Et si quidez his: que ad rationē spēi pertinēt: nihil aliud adiunctū inueniri posset: nulla necessitas esset distinguēdi nāz a supposito nature: qȯ est indiuiduuz subsistēs in natura illa: qꝛ vnūquodqz indiuiduuz subsistens in nā aliqua: esset omnino idez cuz natura sua. Contingit autem in aliquibus rebus subsistentibus inueniri aliqd: quod nō pertinet ad rationez speciei. s. accidētia ⁊ principia indiuiduantia. sicut maxime apparet in his: que sunt composita ex materia ⁊ forma: ⁊ ideo in talibus differt etiam ſm rem natura ⁊ suppositū: nō quasi aliqua omnino separata: sz qꝛ in supposito icluditᷣ natura speciei: ⁊ superadduntᷣ quedā alia: que sunt preter rationē speciei: vnde suppositū significatᷣ vt totum habens nām: sicut partē formalez: ⁊ perfectiuā sui: ⁊ ꝓpter hoc in cōpositis ex mā ⁊ forma natura nō ꝑdicatᷣ de supposito: nō. n. dicimᵘ: ꝙ hic hō sit sua humanitas. Si qua vero res est: in qua omnino nihil est preter rationem speciei vel nature sue sicut est in deo: ibi nō est aliud ſm rem suppositum ⁊ natura: sz solum ſm rōnem intelligendi: qꝛ natura dicitur ſm ꝙ est essentia quedā: eadem vero dicitur suppositum ſm ꝙ est subsistens: ⁊ qȯ est dictū de supposito: intelligendū est de persona in creatura rationali: vel itellectuali: qꝛ nihil aliud est persona ſm Boetium q̄ rationalis nature indiuidua substātia: omne igitur quod inest alicui persone: siue ꝑtineat ad naturā eius: siue nō: vnitur ei in persona. Si ergo nā humana nō vnitur verbo dei in persona nullo modo ei vnitur: ⁊ sic tollitur totaliter incarnationis fides: quod est subruere totā fidem christianam: qꝛ ergo verbum habet naturam humanā sibi vnitam: nō autem ad suam naturam diuinam ꝑtinentem: cōsequēs est ꝙ vnio sit facta in persona verbi: nō autem in natura.) Hec ille. ¶ Item ibidez in solutione primi sic dicit. (Licet in deo nō sit aliud ſm rez nā ⁊ persona: differt tamē ſm modū significandi: qꝛ persona signātur per moduz subsistentie: ⁊ qꝛ natura humana sic vnitur verbo: vt verbum in ea subsistat: nō autē vt aliquid addatur ei ad rationez sue nature vel vt eiᵘ natura in aliquid transmutetur: ideo vnio facta est in persona nō autem in natura.) Hec ille. ¶ Similia dicit tertio sen. distin. qnta questio. pma arti. 2°. ¶ Ad argumētum Durandi dicitur: ꝙ vnio nature humane ad diuinaz presupponit vnionez eius ad aliq̄ꝫ personaz diuinā. Et ad ꝓbationez in oppositum dicitur: ꝙ duplex est dependentia humane nature ad personam diuinaz dependet nanqꝫ natura humana ad suppositum diuinuz vno modo tanq̄ꝫ ad illud a quo: ⁊ in quo accipit eē actualis existentie. alio modo tanq̄ꝫ ad illud: a quo accipit suppositationez ⁊ ꝑsonalitatē. Loquendo de pria depēdentia dr̄ ꝙ eēntia diuina est pᵐ ⁊ remotū: quo terminatᷣ illa depēdentia: sed ꝑsona est ꝓximum: quo terminatur: ⁊ ꝓximū qȯ terminat: essentia vero est qȯ remotū: vñ persona virtute nāe diuine terminat illā dependentiā. Secundā vo dependentiā terminat ꝑsona: ⁊ sicut quo ⁊ sicut qȯ: ⁊ non essentia. ¶ Tunc ad argumētum cum dicitur: per illud competit persone primo vniri nature assumpte: per qȯ competit ei dependētiaz nature assumpte terminare. Dicitur ꝙ hoc verum est. si loquamur de secunda dependētia: sz in hoc sensu minor est falsa. Si vero loquamur de prima dependētia: tunc maior est falsa: ⁊ minor vera. Et ad ꝓbationē minoris in sensu: in quo negatur dicitur: ꝙ persona nō terminat dependentiam secūdam per suum solum subsistere: qȯ est cōmune toti trinitati: sed per suam ꝓprietatem subsistentem: que includit non solum subsistere essentiale: sed vltra hoc relationē: cui cōuenit tale subsistere: nec ꝑ se subsistere diuinum vt est nature: sed vt est ꝑsone: vt post exponetur. ¶ Et si dicatur quomodo differt secunda dependentia a prima: qꝛ idem videtur esse dare actualis existentie: vel cōmunicare ꝓpriā subsistentiam: ⁊ suppositare naturam. ¶ Dicitur ꝙ nō est idem: qꝛ ad hoc ꝙ aliquid supposite nām aliquam. nō solum requiritur ꝙ subsistat: sed etiaz ꝙ sit incōmunicabile: ⁊ ꝓprium: ⁊ distinctum: primum cōuenit essentie: non aūt secūduz. ¶ Ad alia que tangit arguens de concomitantia: vel consequētia illaruz vnionum non oportet dicere: qꝛ neutrū illoruz damus: sed potius illō quod dictum est. scilicet ꝙ vnio humane nature ad diuinam essentiam presupponit vnionem eius ad personam diuinam. De predictis sanctus Tho. tertia parte. questiōe secūda articulo. 6°. (Fides (inquit) catholica medium tenens inter predictas positiones neqꝫ dicit esse factam vnionem dei ⁊ hominis secunduz essentiam: vel naturam: neqz etiam secundum accidens: sed medio modo secundum subsistentiaz: vel hypostasim.) ¶ Et postea in solutione secundi sic dicit. (Illud quod aduenit post esse completum: accidentaliter aduenit: nisi trahatᷣ in cōionē illiᵘ eē ꝯpleti: sicut i resurrectionez corpᵘ adueniet aie ꝑexistēti. nō tñ accñtaliter:

Tex. cō. 10.

Unio icarnationis facta ē in ꝑsona.

In li. d duabus naturis,

q2 ad idez esse assumetur: vt scilicet corpus habeat esse
vitale per animam: non sic est de albedine: q2 aliud est
esse albi: ꝛ aliud esse hominis: cui aduenit albedo: ver/
bum autem dei ab eterno esse completum habuit ꝟm
hypostasim: vel personaz. Ex tempore autem aduenit
ei humana natura: non quasi assumpta ad vnum esse
prout est nature: sicut corpus assumitur ad esse anime:
sz ad vnuz esse prout est hypostasis: vel persone: ꝛ ideo
humana natura nō vnitur accñtaliter filio dei.) Hec
ille. ❡ Ex quibus patet illud: quod dictum est supra. s.
ꝙ persona non terminat dependentiā nature assum/
pte per suum subsistere ꝓut est nature: sed ꝓut est sup/
positi: vel persone ꝛc. ❡ Et sciendū ꝙ Duran. in hac
materia periculosus est. Nam in suo scripto: preter illa
que allegata sunt. videtur cōcedere ꝙ natura humana
vnita est cuilibet ꝑsone diuine: imo ex suis dictis vide/
tur sequi: ꝙ q̄libet ꝑsona est incarnata: sicut patet legē/
Ad argm in pn° adductū ti cum in hac materia. ❡ Ad argumentū principale in
oppositum: quasi quo ad primaz sui partem respondit
sanctus Tho. 3° parte. q. 3°. arti. 6°. in solutiōe primi sic
dicens. (Hac positione facta dicendū est: ꝙ tres per/
sone essent vnus homo propter vnam humanaz nām:
sicut enim nunc veruz est dicere: ꝙ sunt vnus deus ꝑ/
pter vnam naturam diuinam: sic veruz esset dicere: ꝙ
tres persone sunt vnus homo ꝓpter vnam humanam
naturaz: nec ly vnus importat vnitatem per se: sed im/
portat vnitatē in natura humana. Nec posset argui ex
hoc ꝙ tres persone essent vnus homo: ꝙ essent vn⁹ sim
pliciter: nihil enim ꝓhibet dicere: ꝙ homines qui sunt
plures simpliciter: sint vnus quātum ad aliquid: puta
vnus populus: sicut dicit doctor Augusti. 6°. de trinita/
te: diuersuz est natura spiritus hominis: ꝛ spiritus dei:
Lib, 8, ca. 3. sed inherendo fit vnus spiritus ꝟm illud Corinthiorū
6°. Qui adheret deo: vnus spiritus est cuz eo.) Hec il/
le. ❡ Ad secūdam partem eiusdem argumenti respon
dit sanctus Tho. 3°. parte. q. 3°. arti. 3°. in solutione secū
di: vbi dicit. (Circūscriptis per intellectuz personalita/
tibus trium personarū remanebit in intellectu vna ꝑ/
sonalitas dei: sicut iudei intelligunt: ad quā poterit ter/
minari assumptio: sicut dicimus eam terminari ad ꝑ/
sonaz verbi.) Hec ille. ❡ Et hec de questione sufficiāt
Benedictus deus amen. Distin. II.

❡ Utrum persona diuina creaturam irrationalez assu/
mere possit. Questio. I.



Irca 2am distinctionē 3i sniarum.
Querit̄ vtruz ꝑsona diuina
possit assumere entitatem totius resul/
tantez ex materia ꝛ forma lapidis ad
inuicem coniunctis. Et arguitur ꝙ nō.
Q2 persona diuina nō potest assumere
naturam irrationalez: sed talis entitas
est irrationalis. igitur. Minor nota est: sed ꝓbatur ma
ior: q2 nobilior creatura nobilioris doni capax est. ḡ ad
illud donum: qđ est nobilissimuz inter dona nobilioris
nature: natura inferior capacitatem nō habet: sed hūa/
na natura est nobilior irrationali creatura: cum ergo in
ter omnia dona: que nature hūane collata sunt: assum/
ptio ipsius in vnitatem diuine persone sit nobilissimū:
videtur ꝙ huius doni creatura irrationalis capax non
sit: ꝛ ita non erit assumptibilis.

In oppositum arguit̄ sic. Sicut in hūana
natura est similitudo dei rō
ne imaginis: ita in creatura irrōnali est similitudo dei
ratione vestigij: sed similitudo ꝛ cōuenientia aliquorū
adinuicem est causa vnibilitatis ipsoꝝ. ḡ sicut natura
humana est vnibilis deo: ita ꝛ creatura irratiōalis.

In hac qōne sunt tres arti. Primo ponent̄ cō/
clusiones. Secūdo obiectiōes.
In tertio responsiones.

Quantum ad primū articulū sit p̄ma ꝯclusio.
Deus de potētia sua absoluta possz
assumere naturā lapidis: aut aliaz nām irrationalem.
Hanc ponit scūs Tho. 3. sen. dis. 2. q. 1. arti. p̊: vbi sic dic̄.
(Assumptibile dicitur: qđ potest assumi: cum autem
dicitur: hec creatura potest assumi: nō signatur aliq̄ po/
tentia actiua creature: q2 sola potētia infinita hoc face/
re potuit: vt in infinitū distantia ꝯiungerent̄ in vnita/
tem ꝑsone. Similiter etiaz nō signat̄ potentia passiua
nālis creature: q2 nulla potētia naturalis est passiua in
natura: cui nō correspondeat potētia actiua alicui⁹ nā/
lis agentis: vnde relinquit̄ ꝙ dicat in creatura solā po/
tētiaz obediētie: ꝟz quā de creatura potest fieri quicqđ
deus vult: sicut ex ligno potest fieri vitulus deo operā/
te: hec autē potētia obediētie correspondit diuine potē
tie: ꝟm ꝙ dicitur: ꝙ ex creatura pōt fieri qđ deus ex ea
facere pōt. Sed potētia dei dupliciter cōsiderat̄: vl' vt
absoluta: vel vt ordinata: loquēdo autez de potētia dei
absoluta: deus pōt assumere q̄cūqz creaturā vult: vñ
ꝟm hoc nō est vna creatura magis assūptibilis q̄ alia:
loquēdo aūt de potētia ordinata: illā creaturā assume/
re potest: quam cōgruit euz assumere ex ordine sue sa/
pientie: vñ illa creatura dr̄ assumptibilis: in qua hmōi
cōgruitas īuenit̄. Inuenit̄ aūt in natura hūana ꝯgrui/
tas pre alijs q̄tuz ad tria: q̄ in assumptione requiruntur.
❡ Primo q̄tū ad similitudinē vnibiliuz. In humana
enim natura inuenitur expressior similitudo diuina q̄
in aliqua creatura irrationali: q2 homo ꝟm ꝙ hz mētē
factus ad imaginē dei dicitur: cū in creaturis irrationa
libus nō nisi similitudo vestigij inueniat̄: ꝛ ēt q̄tuz ad
quedā est in ea diuina siĺitudo magis q̄ in nā angelica
❡ Scđo q̄tū ad terminū assumptōis. Terminat̄ eni
assumptio ad vnitatē ꝑsone: ꝑsonalitas aūt nō inuenit̄
in naturis irrationalib⁹: cum persona sit rationalis na/
ture idiuidua substantia: vt dicit Boeti⁹: in angelis v̊o Boe. in lib. de duab⁹ naturis.
est quedā ꝑsona: sed nō ꝟm originē distincta: cuz vnus
angelus ex alio nō trahat originē: in humana vero na/
tura est persona distincta ēt ꝟm originē: ꝛ ideo ꝯueniē/
tissime natura hūana in vnitatē diuine ꝑsone assumi/
tur: q̄ distinguit̄ ꝟm relationē originis. ❡ Tertio q̄tū
ad finē assumptionis. Si eniz ꝑfectio vniuersi dicatur
finis assumptiōis precipuus: vt quidā dicunt: nulla nā
particularis assumi potuisset: ꝑ quā ita vniuersuz ꝑfici
posset: sicut ꝑ assumptionē humane nature. Tuz q2 hō
est vltima creaturaꝝ: quasi vltimo creatus: cui⁹ natu/
ra assumpta vltimū ꝯiunctū est p̄mo p̄n°: ꝑ modū cir/
culi: q̄ figura ꝑfecta est: eo ꝙ additionē nō recipit. Tuz
q2 in hoīe oēs creature quodāmodo cōfluunt: q2 cum
oībus creaturis aliqđ cōmune habz: vt dicit Gregori⁹ Greg. in homel. ascēsionis.
vnde hoīe vnito quodāmodo oīs creatura vnita est.
Si vero finis assumptionis ponat̄ liberatio a peccato:
sic etiaz sola hūana nā cōgrue assumi potuit: q2 in irrō/
nali creatura pctm̄ nō erat: i angelica v̊o erat peccatuz:
sz irremediabile. In hoīe v̊o erat remediabile: ꝛ ideo so/
lam humanam naturā congruū fuit assumere: ꝛ sic ea
reparata creatura irrationalis: que ꝓpter ei⁹ peccatum
dr̄ deteriorata: ꝟm ꝙ in vsuz hoīs cedit: restaurata ē.)
Hec ille. ❡ In tertia v̊o pte. q. 4. arti. p̊. vr̄ oppositū p̄/
dictoꝝ dicer̄. vñ ibidē sic dic̄. (Aliqđ assumptibile dr̄.
q. aptū assūmi a diuina ꝑsona: que quidē aptitudo non
potest intelligi ꝟm potētiam passiuam naturalem: que
non se

nõ se extendit: ad qd transcendit vnio personalis creature ad deum: vnde relinquitur q assumptibile dicatur aliquid sm congruentiam ad vnionem predictam: que quidem congruentia attenditur sm duo in humana natura. s. sm eius dignitatem et necessitatem. Secundum dignitatem quidem: qr humana natura inquantum rationalis et itellectualis nata est attingere aliqualiter ipm verbum per suam operationem cognoscendo. s. et amando ipsum. Scdm necessitatem autem: qr indigebat reparatione cum subiaceret peccato originali. Hec autem duo soli nature humane conueniunt: nam creature irrationali deest congruitas dignitatis: nature autem angelice deest congruitas predicte necessitatis. Unde relinquitur q sola humana nã sit assumptibilis.) Hec ille. ¶ In quibus verbis videretur contradicere superius dictis: sed nulla contradictio est: qr hic loquitur de potentia dei ordinata: et superius loquitur de absoluta. Quod patet. nã in dicto articulo primo loco arguitur sic. (Dicit enim Aug. in epistola ad Volusianum. In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia facientis: sed potentia dei facientis incarnationem: que est opus maxime mirabile: non limitatur ad vnam naturam: cum potentia dei sit infinita. ergo humana natura nõ est magis assũptibilis a deo q̃ aliqua alia creatura.) ¶ Ecce argumentũ sequitur responsio. (Dicendum (inquit) q creature denominantur aliquales ex eo qd eis competit sm proprias causas: nõ autem ex eo qd eis cõuenit sm pmas causas et vniuersales: sicut dicimus aliquẽ morbum incurabilem: non qr non potest curari a deo: sed qr per propria principia subiecti curari nõ potest. Sic ergo dicitur aliqua creatura non esse assumptibilis: nõ ad subtrahendum aliquid diuine potẽtie: sed ad ostendendum conditionem creature: que ad hoc aptitudinem nõ habet.) Hec ille. ¶ Ex quo apparet: q hoc modo dicit naturam irrationalẽ nõ esse assumptibilem: sicut morbũ incurabilem: qr scilicet creatura irrationalis ad hoc nõ habet aptitudinem. Multa tamẽ facere potest deus in creatura: ad que nõ habet aptitudinem: qr etiam de nihilo cuncta produxit: qd est maius. Unde pro cõclusione potest formari talis ratio. Ubicũq est equalis potentia ex parte agentis: et equalis potentia obediẽtialis ex parte patientis: potest sequi similis effectus: sed diuina potentia equaliter se habet ad operandum in lapide et in humana natura: et natura lapidis eque est in potentia obedientiali ad deum sicut natura humana. ergo sicut vniuit sibi naturã humanã: ita posset vnire sibi hypostatice naturam lapidis. ¶ Secũda cõclusio. Filius dei non solum assumpsit animam et corpus humanum: imo etiam tertiam entitatẽ resultãtem ex illis sicut totum resultat ex partibus. Hanc ponit tertio senten. distin. secũda. questio. prima articu. tertio. questiũ. tertia: vbi sic dicit. (Quidam posuerunt deum assumpsisse animam et corpus nõ ita q ex eorum cõiunctione aliqua hũanitas resultaret. Et hec opinio veritatẽ humanitatis tollit: et dignitatẽ corporis christi. Non enim christus verus homo esse potuit: nec corpus eius vere viuum: nisi anima corpori vnita fuisset: vt forma eius: ita q ex eis vnum quid efficeretur. Unde dicẽdũ est q sicut in christo verũ corpus et vera anima fuit: ita et vera humanitas: id est nã humana ex coniũctione vtriusq resultans.) Hec ille. ¶ Item in eandem questiunculam tertio loco arguit sic. (In littera dicitur: q nomine humane nature corpus et anima intelligitur cum dicit christus naturam humanam assumpsisse: sed constat q neq anima: neq corpus est forma totius ad minus sm cõmuniorem opinionem. ergo in christo nõ fuit forma totius.) ¶ Ecce argumẽtum: sequitur respõsio. (Dicẽdum (inquit) q cum dicitur nomine humanitatis corpus et animam intelligi: intelligendum est materialiter: sicut nomine totius intelliguntur partes: nõ qr totum proprie loquẽdo sit sue partes: sed aliquid ex partibus constitutum.) Hec ille. ¶ Item ibidem arguitur sic pro conclusione. (Forma totius in rebus animatis resultat ex coniunctione anime ad corpus: sed in christo anima fuit coniuncta corpori: alias corpus illud viuum nõ fuisset. ergo in christo fuit forma totius. ¶ Item homines cõueniunt specie ad inuicem sm conuenientiã in forma totius: sed christus fuit eiusdem speciei cum alijs hominibus: alias pro hominibus nõ satisfecisset. ergo in christo fuit forma totius.) Hec ille. ¶ Et similia dicit 3ª parte. qõ. 6ª arti. 5º. Ex quibus potest multiplex ratio pro conclusione formari: sicut patet. ¶ Tertia conclusio. Filius dei et quelibet persona diuina posset assumere entitatem tertiam resultãtem ex materia et forma lapidis: pbatur conclusio: qr deus posset assumere naturam lapidis: sed illa natura esset quedã entitas tertia resultans ex materia et forma lapidis: igitur maior et minor patent ex predictis: et in hoc primus articulus terminatur.

Quantum ad secundum articulum arguitur contra conclusiones: et quidem contra primam arguit Henricus et multi alij: q nulla natura irrationalis sit assumptibilis ad vnitatem diuine persone et arguunt sic. Illa natura nõ est assumptibilis ad vnitatem diuine persone: cuius nulla potentia est eleuabilis ad visionem et fruitionem diuine essentie: sed natura irrationalis est huiusmodi: qr nulla eius potentia est eleuabilis ad videndum deum et fruendum eo. ergo nulla natura irrationalis est assumptibilis. Minor de se patet: sed maior probatur tripliciter. ¶ Primo sic. Sicut se habet esse naturale ad posse naturale: sic esse supernaturale ad posse supernaturale: sed nulla virtute potest fieri: q aliqua creatura habeat esse naturale qn habeat aliquod posse naturale. ergo nulla virtute fieri potest: q aliqua natura habeat esse supernaturale: et nõ habeat aliquod posse supernaturale: sed per assumptionem fit: q natura assumpta habet esse diuinũ supernaturale. g per eandem fit q habeat posse diuinum et supnaturale: tale autem posse est ad visionem et fruitionẽ: igitur etc. ¶ Secundo sic. Cui non potest cõmunicari minus: nec maius: sed minus est videre deum et frui deo q̃ assumi in vnitatem persone vel suppositi: vt patet p Aug. super illud Jo. primo. (Verbũ caro factũ est: vbi dicit: q qr euangelium premiserat: q dedit eis potestatẽ filios dei fieri.) ne homo miraret et discordaret subiunxit quod maius est. (Et verbũ caro factum est.) Ex quo videtur: q maius sit naturam eleuari ad vnitatem diuini suppositi q̃ potentiam eleuari ad visionem et fruitionem dei. g illa natura nõ potest eleuari ad vnitatem diuine persone: cuius potẽtie nõ possunt eleuari ad visionẽ et fruitionẽ diuine essentie etc. ¶ Tertio sic. Si aliqua creatura posset assumi: cuius potentia nõ posset eleuari: fortiori ratione posset assumi creatura eleuabilis absq eo q actu eleuaretur: sed creatura rationalis: cuius potentia est eleuabilis ad fruitionem et visionem dei non potest assumi nisi actu potẽtia eius eleuet. ergo multo minus põt assumi natura creata irrõnalis cuius potẽtia nulla est eleuabilis. Minor pbatur: qr si natura rationalis posset assumi nõ eleuatis suis potentijs: cum ipsa sic manens sit peccabilis: sequitur q per

Contra pᵐ conclusiones Henri. quolib. 13. q. 5ª.

sona diuina assumens talem naturā posset peccare: qđ videtur incōueniens: ⁊ multis ĩpossibile. Hec argumēta in forma recitat Durandus in presenti distinctione licȝ nō teneat conclusionē. ¶ Itē Godofredus. 5. quolibet. q. 5. qui etiaȝ nō consentit conclusioni eoꝝ. Item Hericus. 13. quolibet questiōe. 5. ⁊ ꝓpter ista tenet conclusionē eoꝝ ⁊ contra conclusionē nostram. ¶ Et vlterius quarto arguitur sic. Maius est vniri deo in ꝑsona ꝙ per gratiam: vt dicit Aug. 12. de trini. caplo. 9. ¶ Minus credibile est ꝙ deus possit fieri filius hominis natura: ꝙ ꝙ filius hominis possit fieri fili⁹ dei gratia:) sȝ nulla creatura potest vniri deo per gratiaȝ nisi intellectualis. ergo multo min⁹ in ꝑsona. ¶ Quinto. Quia tūc eēt verꝝ dicere ꝙ deus eēt lapis vł brutū. ¶ Sexto arguit sic. Henricus ex intētione. Deus inquit duplr hȝ esse in creaturis. vno mō naturalr: ⁊ sic est in eis per illapsuȝ. alio modo volūtarie: ⁊ sic est in natura assumpta ꝑ circumincessionē. Et licet deus sit intimius cuilibet creature per illapsuȝ: tamen intimior est nature assumpte: ꝙ naturā assumptaȝ amittere ꝓpriū esse subsistentie: ⁊ subintrare esse subsistentie nature: ad quā assumitur: vt sit ideȝ suppositū subsistens in duplici natura: vtraqȝ tamē natura retinet suum proprium esse essentie ⁊ existentie. ¶ Iteȝ. Per illapsuȝ deus intimatur omni creature naturaliter ad duo. s. ad actum nature primū qui est esse: vt. s. persistat: ⁊ ad actum sm qui est operari: per circumincessioneȝ vero intimatur nature: quam voluntarie assumit modo supernaturali ad duo. s. ad subleuandum naturam in esse diuine subsistētie: ⁊ ad actum beatificuȝ intelligendi ⁊ volendi. Ex his arguo sic. Sicut se habȝ de⁹ in omni creatura per illapsuȝ ad duas actiones in eas ꝓducendas: sic se hȝ ad creaturaȝ assumptā ad ꝓducendū duas actiones supernaturales sed nulla creatura est susceptiua per illapsuȝ ꝑme operationis: que est esse quin sit susceptibilis secunde que est operari. ergo nulla natura est susceptibilis prime operationis supernaturalis. s. eleuationis supernaturalis ad esse diuine subsistētie: nisi sit susceptibił secūde. s. beatitudinis: sed hoc est sola intellectuał. igiť illa sola est assumptibilis.

Contra 2am Duran. dis. 2a. q. 2a. ¶ Cōtra 2am ꝯnem arguit Durandus in ꝑsenti distinctione ꝓbando ꝙ totū nō est tertia entitas distincta a suis partibus. Quia partes vnite sunt totum: nec totum est aliud ꝙ partes vnite: nec partes vnite ꝙ totum cōiunctum: vnum enim clauditur intrinsece in intellectu alterius: qꝛ impossibile est intelligere coniūctuȝ nisi ex partibus vnitis: ⁊ ecōtra impossibile est intelligere cōiunctionē ptium nō intelligēdo cōiunctuȝ ex eis. imo vtrobiqȝ videtur formaliter esse idē conceptus.

Auic. 3° me. cap. 4°. ¶ Scdo arguūt alij. Quia Auicē. 3° sue meta[cc]. dicit ꝙ hō est aīa ⁊ corpus ⁊ neutruȝ per se. ¶ Tertio. Quia nulla natura totalis assumpta a verbo est deposita in morte sȝ Dama. li° 3° cap. 3° vbi dicit: nullā aūt nature ptium deposuit: nō corpus: nō animā: sȝ corp⁹: ⁊ animā: ⁊ rōnalem: ⁊ intellectualē: ⁊ volitiuam: ⁊ operatiuaȝ possedit. s. dei verbuȝ: sed si forma cōposita eēt aliud realiter a suis ptibus: cuȝ illaȝ nō hūerit xp̄us in triduo deposuisset aliqꝫ nāȝ: quā assumpsit. ¶ Quarto ois forma vltimior est pfectior. Quia vltima continet in ṽtute oēs ꝑcedentes sicut itellectiua cōtinet in virtute sensitiuā: ⁊ vegetatiuā: sȝ si esset forma cōpositi alia vltra intellectiuā: esset pfectior ꝙ intellectiua: qđ est ꝯ scđam ꝓpositionē de causis: vbi dicitur in cōmento ꝙ anima intellectiua est in orizōte eternitatis ꝙtum ad superius: ⁊ similiter est cōtra Cōmen. scđo phisicoruȝ. (T. 17.) Item Aug. 14. de trini. caplo quarto dicit. itellectiua sic ordinata est naturaꝝ ordine: nō locoꝝ: vt supra illā nō sit nisi deus. ¶ Quinto. Si totum addit aliqđ supra ptes accipiendo illam formā cōpositi: quā tu das: ⁊ māȝ suaȝ: illa forma ⁊ ista materia sunt ptes alic⁹ compositi: oportet ergo per te: ꝙ forma illius cōpositi differat realiter ab istis ptibus: ⁊ iteruȝ accipiendo illā formaȝ cōpositi ⁊ māȝ suaȝ cū sint ptes: habent vnuȝ cōpositum: ⁊ oportet ꝙ illa forma compositi differat realiter ab istis ptibus: ⁊ sic in infinituȝ: ⁊ hec est deductio philosophi. 7. metaphisice versus finē querētis de eēntia cōpositi: (T. c. 60.) an sit simplex vł cōposita: qꝛ aut eēntie rei cōposite est simplex vel composita: si simplex habetur ꝓpositū: si composita: tunc arguitur: qꝛ ex illa essentia composita ⁊ suis partibus resultat vna simplex: vł cōposita: nō simplex: qꝛ sic habeť ꝓpositū. ergo composita: ⁊ tunc arguitur sicut prius: ⁊ sic erit processus in infinitū qđ est incōueniens: standū est igitur in primis: ꝙ eēntia composita est simplex. ¶ Sexto. Quia Diony. 2°. capitulo celestis ierarchie dicit. ꝙ mors in nobis non est substantie cōsumptio: sed vnitoꝝ separatio: sȝ illud non esset verum: si humana natura realiter differret a suis partibus: qꝛ constat ꝙ desineret per mortem: ⁊ est quedam substantia. igitur ⁊c. ¶ Septimo. Quia si humanitas alicuius differt realiter ab omnib⁹ partibus essentialib⁹ simul. aut differt se tota: ⁊ sic nihil includeret de partibus essentialibus ⁊ essentia sua: qđ est contradictio: aut aliquo sui: ⁊ illud vel est pars eēntialis: ⁊ sic differret a se ipsa: aut nō eēntialis: ⁊ sic eēntia includeret aliqđ nō essentiale: qđ est ꝯtradictio. ¶ Octauo. Si ex vnione anime ad corp⁹ resultaret res aliqua quā includeret humanitas: cū humanitas nō includat nisi substātiaȝ: ⁊ oīs substātia aut sit mā: aut forma: aut cōpositū: oporteret ꝙ illud esset alteꝝ hoꝝ triuȝ: ⁊ sic vel esset duplex forma: vel duplex materia: vel duplex cōpositū: quoꝝ qđlibet est incōueniens. ergo.

Utrum totū homogeneū sit idē ꝙ sue partes. ¶ Nono arguitur sic. Totuȝ hōgeneū est ideȝ realiter: qđ oēs partes sue vnite. ergo ⁊ qđlibet totū. ꝯsequētia videť esse euidens. antecedēs ꝓbatur dupliciter. primo in generali de omni tali toto: quia omne quod est eiusdem nature genere: ⁊ specie: ⁊ numero cuȝ aliquo: sic ꝙ nulla virtute potest ab alio separari: est vnum realiter cum illo: sed totum homogeneum ⁊ omnes eius ptes sue vnite sunt huiusmodi. ergo tale totuȝ est idem realiter ꝙ omnes sue partes vnite. maior est euidens: qꝛ quecunqȝ differunt realiter: aut differūt genere: aut specie: aut numero actu vt duo ligna: vel potentia vt due partes eiusdē ligni. ergo que sunt vnius nature genere specie ⁊ numero actu ⁊ potentia: sic ꝙ per nullaȝ potentiaȝ possunt esse plura numero: sunt ideȝ realiter simpliciter. minor vero patet quātum ad hoc: ꝙ totuȝ homogeneum ⁊ partes sue sunt eiusdeȝ nature genere ⁊ specie: qꝛ hoc supponitur: si est totum homogeneū. Quātum etiā ad aliā partem. s. ꝙ sint eiusdeȝ nature numero actu: patet qꝛ in vno numero non sunt plura numero distincta actu eiusdem speciei: sed totuȝ est sibiipso saltem per identitatem realeȝ. partes etiaȝ sunt in toto. ergo impossibile est ꝙ totū ⁊ ptes: que sunt eiusdē nāe in specie: sint alteri⁹ nature numero in actu. Quātum etiā ad vltimā partē patet eadeȝ minor: qꝛ ꝙuis vna pars possit in tali toto ab alia separari ⁊ per consequēs ab ea numero distingui: tñ ĩpossibile est quacūqꝫ ṽtute esse vł imaginari eē totū sepatū ab oibus partibus vnitis: vł oēs partes inter se vnitas esse separatas a toto. ¶ Secūdo ꝓbatur ideȝ antecedēs specialiter de quātitate sic. Impossibile est esse vel imaginari duas ꝙtitates eiusdē rōnis vt

duas lineas: vel duas supficies esse realiter distinctas
Tex. c. 47. nisi aut situ: vt patet per phm. 4. phisicorum: vbi ar
guit contra ponentes locũ esse dimensiones separatas
et hoc fm phos: aut saltem subiecto fm theologos: vt
cum duo corpora sunt ineodẽ loco: sed linea et oẽs ptes
sue sunt vnite qtitates eiusdem rõnis specifice: et sunt
idistĩcte situ et subiecto: vt de se pz: et eadez ratio est de
corpe et supficie et ptibus suis. g impossibile est q tales
qtitates sint aliqd realiter distinctuz ab oibus partib9
Tex. cõ. 17. suis vnitis. ¶ Decimo arguit per Comẽ. 7 phy. q vbi
dr a pho: q totũ nil aliud est q̃ ꝯgregatio partiũ dicit:
Et vnaqueq partiũ dr eẽ aliud a toto: sed oẽs insimul
C. 45. nõ possunt esse vel dici aliud a toto: et sup. 4°. phisicoꝝ
dicit: q nõ est totũ nisi ptes eius. ¶ Undecimo. Quia
si totũ aliqd reale superaddit partibus: aut illud facit
vnũ per se cum ptibus nullo superaddito: et tunc idem
posset dici pari rõne de for9 et de mã: q. s. faciant vnuz
per se nullo superaddito: aut illud supadditũz nõ facit
vnũ per se cũ toto et cũ partibus nisi aliquo supaddito:
et tunc erit pcessus in infinitum. ¶ Duodecimo. Quia
omne absolutũ potest p diuinã potẽtiã fieri absqz alio
absoluto: sed totum cõpositũ nõ potest fieri absqz par
tibus cõponentib9. Igitur totũ nõ est aliud absolutũ a
partibus. ¶ Dicetur forte q verũ est nisi vnũ absolu
tũ in sua rõne qdditatiua icludat: vel psupponat aliud
absolutũ: sed sic est de toto respectu partiũ. ¶ Contra
Tunc possibile erit q partes sint vnite et nõ sit compo
situz. probatio qz nõ depẽdent a toto: nec psupponunt
cõpositũ: sed ecõuerso. ¶ Dicetur forte dupl'r. Primo
q causa q. a. nõ possit esse sine. b. est: vel qz. a. depẽdet
a. b. vel est causa necessaria eius: modo licet primo mõ
partes vnite nõ habeant coexigẽtiam cum toto: habẽt
tamẽ secũdo mõ. ¶ Secũdo potest dici. Qz licet ptes
vnite secũdum aliqđ signũ nãe sint prius entitate toti9
nõ tñ prioritate tẽporis: modo prius nã ppie loquendo
nõ est prius: in quo vel secũdum esse extra. sed est pus:
a quo et secũdum esse intelligibile vel qditatiuz: sepa
ratio aũt dicit prius in alio et in re extra. ¶ Sed cõtra
vtrãqz solutionẽ arguitur et pmo ꝯtra primã. Qz si par
tes vnite sunt cã necessaria totius: aut hoc est rõne par
tium: aut rõne vnionis: aut rõne vtriusqz: nõ rõne par
tiuz: qz tũc positis illis poneret totũ: nec rõne vnionis:
qz vnio est relatio. g posterior fundamẽto: sz posteri9 nõ
iponit necessitatẽ priori. Nec rõe vtriusqz: qz tũc possi
bile esset intelligere partes vnitas nõ intelligẽdo totũ
secũdum istam viam: qz ille sunt priores secũduz esse
quidditatiuũ. ¶ Cõtra 2am solutionez arguitur. Qz tũc
agens primũ cum nõ agat in tẽpore sed in instanti po
terit facere partes vnitas sine entitate totius. ¶ Cõfir
matur. Qz nõ implicat ꝯdictionẽ. pbat qz ꝯtradictio
in quocũqz signo tẽporis vel nature equalr repugnat: et
est impossibile aliquid esse mediuz in contradictione.
Et in hoc secũdus articulus terminatur.

Quantum Ad 3m articuluz respondendum est obiectionibus antedictis: et ideo ad
Duran. dist. 2. q. 1. c. primũ ꝯ pmã cõclusionẽ respõdit Duran. negãdo ma
iorẽ. non enim opz q illa sola natura sit assumptibilis
ad vnitatẽ diuine psone. cuius aliqua potẽtia est eleua
bilis ad visionem et fruitionẽ dei. Ad primã pbationez
respondet. cum dicitur: q sicut se habet eẽ naturale ad
posse nãle etc. cõcedendũ est: sz cum dicitur: q natura
assumpta per assumptionem habet esse diuinum et su
pernaturale: dicit q falsum est: natura enim assumpta
nullũ esse intrinsecum sibi habet: qđ nõ habuisset: si si
bi fuissz derelicta: et haberet si sibi relinqueret: sed per
assumptionez sit: q suũ esse naturale et intrinsecũ habz
in supposito diuino: et eodem mõ potẽtia nature assum
pte nõ debet habere aliam operationẽ q̃ nãlem ex vi
assumptionis: sed illaz habet in supposito diuino: ita vt
dicatur esse illius suppositi tãq operãtis. Quod autez
per assumptionẽ natura assumpta nõ acqrat eẽ super
naturale: cui correspondeat in potentia posse superna
turale: quale ponũt. s. vt possit in visionem et fruitionez
diuine essentie patz. qz esse et posse sibi correspondẽtia
sic se habent: q potentia nunq̃ potest in actum opera
tionis sue nisi natura habeat actu esse: sicut videm9 in
naturalibus: ex quibus ipsi similitudinẽ sumũt. Nulla
eniz res potest habere operationẽ naturalẽ: nisi habeat
esse naturale. ergo si posse in visionẽ diuine eẽntie cor
respõdeat esse assumpto: ipossibile esset q aliqua crea
tura videret deum per essentiam nisi esset actu assum
pta a persona diuina: qđ est manifeste falsuz et erroneũ
¶ Itez. Si eleuata natura ad diuinum esse per assum
ptionem necesse sit potẽtiaz eleuari ad posse in diuinã
opationẽ: non solũ oporteret q vna potentia eleuaret
ad tale posse: sed oẽs potentie illius nature: qz nõ ponit
eleuatio potẽtie ad tale posse nisi pter eleuationem
essentie ad tale esse. oẽs autẽ potẽtie supponunt natu
raz et in ipsa fundantur. ergo ea eleuata oẽs eleuantur:
hoc autẽ est falsum: qz tunc natura humana non esset
assũptibilis: qz nõ oẽs potentie eius sunt eleuabiles ad
visionem et fruitionem diuinaz. sed soluz intellectus et
voluntas eleuantur. ergo eleuatur potentia: eleuata es
sentia pportionaliter: qz sicut non eleuatur essentia vt
habeat intrinsece et inherẽter aliqđ esse: quod prius nõ
habebat: sed solum vt sit altioris suppositi: sic eleuatur
potẽtia nõ vt habeat aliqđ posse: qđ prius nõ habebat:
vel aliquẽ actum: sed qz ipsa et actus eius fiunt altioris
suppositi tanq operantis. Hec Duran. ¶ In quibus
licet dicat multa vera. tamẽ principalis radix solutio
nis est contra fundamẽta sci Tho. in hoc qđ ponit: q
natura assumpta non habet esse supernaturale: sed so
lum illud idẽ esse: quod habuisset: vel haberet sibi de
relicta: huius enim falsitas alias ostẽdetur. Et ideo di
missa illa solutione: quã Duran. traxit a Godofredo. 5.
quolibz questiõe. 5. amplector solutionez Bernardi de
gannaco: quam ponit ibidem contra Godofredum in
his verbis. (Maior (inquit) pncipalis rationis est fal
sa: q. s. nihil est eleuabile ad esse supernaturale: qđ non
habet potentiam eleuabilem ad operationem super
naturalez. qz non est simile de esse: ad quod sit assum
ptio: inquantum sit ad vnitatem suppositi: et de cogni
tione: ad quam nõ sit assumptio. vnde remanẽt distin
cte operationes sicut nature. Minor etiam falsa est: qz
potentie etiam infime in xpo eleuabantur aliquo mo
do ad operationes supnaturales inquantũ erant quasi
instrumẽta dei operantis: sicut manus christi habebat
operationem supernaturalem inquantum erat instru
mentum diuinitatis: qz ad tactum eius curabantur in
firmi. ¶ Iterũ. Non est simile de esse et operatione: qz
esse imediate cõsequitur essentiam: que substantifica
tur in diuino supposito: et per consequens esse median
te essentia: sed operatio non respicit essentiam: nisi qua
si mediate. s. mediante potentia: quam non necesse est
eleuari: qz non fundatur imediate in diuino supposito
sicut essentia: sed fundatur in essentia anime: et ideo nõ
miruz si eleuatur eẽntia: que substãtificatur in diuino
supposito. nõ autẽ potẽtia: que fundatur in essentia: nõ
secundum q eleuata: sed secundum q est talis essen
tia: non enim potentia anime christi consequitur ani

mam illam secundum ꝙ est assumpta: sed inquãtum est talis essentia: ⁊ ideo nõ oportet ꝙ eleuetur eleuata essentia: ⁊ ꝓpter hoc falsum est quod dicit Godofre. ꝙ eleuata eẽntia: oportet ꝙ eleuetur potentia ꝓportionaliter. Si enim potentie cõsequerentur essentiam illaꝫ inquãtuꝫ est eleuata: tunc verꝫ esset: ꝙ ꝓportionaliter eleuarent̃: sicut nec albedo xp̃i vel risibilitas fuit in aliquo eleuata: nisi per accidens: inquantũ inerant illi diuino supposito: nõ tamẽ inquãtum diuinuꝫ: sed inquãtum factum suppositũ nãe humane. Patet g̃ per hoc ad p̃mã ꝓbationẽ: qua probatur maior: qꝛ deus potest alicui nature cõferre esse supnaturale absqꝫ hoc ꝙ cõferat ei operari supnaturaliter: qꝛ esse consequit̃ essentiam immediate: qꝛ etiaꝫ facta est assumptio in vnitatem suppositi: cuius ponimus vnuꝫ esse: nõ autẽ sic est de operatione.) Hec Benardus ⁊ bene ac cõformiter ꝑncipijs sancti Tho. ¶ Itẽ ante p̃dicta sic dicit. (Natura quecũqꝫ nata per se subsistere ita potuit assumi a ꝑsona diuina: sicut natura humana ꝓpter illimitationem diuini suppositi: vnde qꝛ quodlꝫ suppositũ creatũ est limitatũ: ideo opꝫ ꝙ sit suppositũ nãe limitate: cuius cõtrariuꝫ est in diuino supposito: qḋ potest esse suppositum nõ soluꝫ diuine nãe: aut duarum naturaꝝ: sed omniuꝫ naturaꝝ: que nate sunt habere supposita. Ista aũt assumptio directe ⁊ p̃mo fit ad vnitatem suppositi diuini: cuius est esse: nõ aũt ad operationẽ: qꝛ licet secũdum cõmuniorẽ opinionẽ in xp̃o ponat̃ vnum esse: nõ tamẽ ponimus in xp̃o vnaꝫ operationẽ. imo distinctas operationes ẜm distinctas naturas. ergo certum est ꝙ nõ est facta assumptio ad vnitatẽ operationis sicut ad vnitateꝫ suppositi ⁊ esse. Et ide est ꝙ natura assumpta nõ de necesse opꝫ: ꝙ eleuetur quãtum ad operationeꝫ: qꝛ nec assumptio fit ad vnitateꝫ operationis: sꝫ operãtis: licꝫ eniꝫ xp̃s sit vnus operans: tamẽ in eo sunt multe operatiões ẜm multas naturas: vnde forte christus clarius nõ videbat oculis corporalibꝰ q̃ꝫ alij: vnde non oportuit: ꝙ operatiões nãe assumpte eleuarẽtur: vel ẽt potentie sensitiue ipsius ad operationes supnaturales q̃ꝫuiꝫ est de se: sed soluꝫ potẽtie ad hoc eleuabiles. g̃ cũ potẽtie sensitiue nõ fuerint eleuate ad operationes supernaturales: potest persona diuina assumere naturaꝫ: cuius nulla potẽtia eleuetur ad operationẽ supnaturalẽ. ¶ Nec valet si arguitur: ꝙ operatio seqtur esse rei: esse autem est eleuatuꝫ. g̃ ⁊ operatio: qꝛ operatio sequitur cõditionem forme: a qua ꝑ̇ncipiatur: vnde secũduꝫ maiorẽ: vel minoreꝫ intẽsionem caloris calidum magis vel minus calefacit. cum ergo in natura assumpta remaneãt potentie in ꝓprijs naturis: qꝛ assumptio nõ fit in natura: remanebũt operatiões nãles sine aliqua eleuatione: nisi ex speciali dono gratie gratuꝫ facientis potẽtie eleuabiles eleuẽt̃.) Hec Ber. ¶ Ad 2m respõdet Duran. ꝙ nõ opꝫ ꝙ maius nõ possit ꝯmunicari ei: cui nõ potest cõicari minꝰ: nisi maiꝰ ⁊ minꝰ sint eiusdẽ rationis: vel saltẽ minus includatur in maiori: sicut minus est volare q̃ꝫ itelligere: ⁊ tamẽ homo qui potest intelligere nõ potest volare. Eleuatio autẽ potẽtie ad visioneꝫ ⁊ fruitionẽ diuinã: ⁊ eleuatio nature ad vnitatẽ diuine ꝑsone nõ sunt vnius rõnis. nec vnuꝫ includitur in alio: sunt. n. seperabilia. Uel potest dici ad minorem per interemptionẽ: qꝛ assumi in vnitatem diuine ꝑsone nõ est maius accipiẽdo maius pro meliore ⁊ digniore q̃ꝫ videre deũ ⁊ frui deo. Sicut eniꝫ melius est cõcipere deum mente q̃ꝫ carne: si hec ad inuicem separentur: vt dicitur in libro de sancta virginitate. pari rõne melius est ⁊ dignius videre deũ ꝑ essentiã: q̃ꝫ vniri deo ꝑ subsistentiam: si hec ad inuiceꝫ separentur. Et quod dicit Augu. super Jo. non sic accipiendũ est. q. sit melius Cap. p̃. ⁊ dignius assumi q̃ꝫ filiuꝫ dei fieri: sed qꝛ minor dignatio ostensa est in vno q̃ꝫ in alio: ⁊ ideo dato illo datur cõfidentia de alio: vel dato ꝙ maius esset assumi q̃ꝫ filiũ dei fieri in natura: que capax est vtriusqꝫ: puta in hoĩe in quo ꝓposito loquitur beatus Augu. tamẽ in creatura: que nõ est capax diuine filiatiõis: vt est creatura irrationalis: maius esset filium dei fieri q̃ꝫ assumi: qꝛ p̃m implicat cõtradictionem. secũdum aũt nõ.) Hec Durandus. ¶ Et q̃si eandẽ respõsioneꝫ ponit Bernardus de gãnaco in impugnatiõibus Hẽrici quolibet. 13. q. 5. vbi sic dicit. (Iste due vniones nõ sunt cõparabiles: cũ non sint eiusdẽ rõnis: nec ordinis: posse auteꝫ minꝰ vbi aliqd potest maius tenet in his: que sunt eiusdeꝫ rationis: vt qui potest portare centũ: potest portare. 50. ⁊ qui nõ potest. 50. nõ potest. 100. sed tamẽ licet maius sit ꝓducere hominem q̃ꝫ asinuꝫ. non sequitur ꝙ qui potest ꝓducere hominem possit ꝓcedere asinum: ⁊ ideo licet maius sit assumi ad vnitatem in persona q̃ꝫ in gratia: non oportet ꝙ omnis creatura: que potest assumi ad ꝑsonam: possit assumi ad vnitatem in gratia. ¶ P̃. Licet minus sit assumi ad gratiam q̃ꝫ ad personam: tamẽ ad illud minꝰ plus requiritur: sicut ad esse itellectuale plus requiritur q̃ꝫ ad esse simpliciter: nõ potest autẽ minꝰ illud: qḋ potest maius: quãdo ad minus plus requirit̃ q̃ꝫ ad maius. Ad assũptionẽ aũt in ꝑsona nõ requiritur: nisi ꝙ sit subsistibilis. i. potẽs assumi ad esse subsistentie: quod inuenitur in omni indiuiduo substantie. Sed ad habere gratiã requiruntur potẽtie intelligibiles: ⁊ ideo nõ valet. Similis modus arguendi est. maius est esse homineꝫ q̃ꝫ esse animal. ergo negatiue ecõuerso: quod nõ potest esse homo: nõ potest esse animal: ⁊ nõ valet. ¶ Potest etiã dici: ꝙ ex parte nature assũptibilis non est maius illud per quod habet rationem assumptibilitatis: q̃ꝫ illud per quod est vnibilis deo per gratiam: imo multo minus sicut ratio subsistibilitatis minus est q̃ꝫ ratio intellectualitatis. Et ideo maior perfectio naturalis requiritur ad naturaꝫ: que est vnibilis deo per gratiaꝫ: q̃ꝫ ad illaꝫ que est assumptibilis in persona. licet actus assumptionis ad personaꝫ sit maior q̃ꝫ vnio per gratiam: licet quidam dicant ⁊ bene: ꝙ si ista duo diuidãtur vnio in persona ⁊ vnio per grãm: ꝙ maius est creature vniri deo per gratiam q̃ꝫ vniri in persona sine gratia: sed vtrunqꝫ coniunctum maius est q̃ꝫ alterum: sicut fuit in christo.) Hec Bernardus: ⁊ bene. ¶ Ad 3m dicit ideꝫ Bernardus vbi supra: ꝙ deus posset assumere naturam: in qua esset peccatum: qꝛ naturam assumptaꝫ posset dimittere sibi q̃ꝫtum ad suas ꝓprias operationes recipiendo eam vnitam diuino supposito: sicut christus in passione dimissus fuit ꝓprie penalitati: ⁊ ideo cum operatio sequatur naturaꝫ: que est principium eius: omnis autem natura creata potest deficere: defectus autem voluntarius est peccatum: opꝫ ponere ꝙ verbum potuit assumere naturã: in qua põt peccare: quod tamen non attribueretur supposito nisi rõne nature assumpte: sicut mori ⁊ pati attribuit̃ supposito immortali ⁊ impassibili de se ratiõe nature assumpte: vnde deus sine aliquo preiudicio nature diuine vel suppositi posset assumere naturam alicuius dãnati: qꝛ nec peccatuꝫ: nec pena esset ibi nisi rõne assumpti: nõ eniꝫ creatura est assumptibilis: qꝛ bona bonitate moris vel mala: sed qꝛ potest substantificari in supposito diuino: qḋ ita conuenit nature habenti maliciam moris sicut bonitatem: qꝛ tamen persona assumens ⁊

natura

re ⁊ tangi non sint nisi reales modi essendi:⁊ quidam
respectus extrinsecus aduenientes:nec pertinent ad
predicamentum relationis. Eodem modo cū esse vni/
tum sit quidam modus realis essendi:ad ipsum potest
terminari actio vel motus:sed ad vnionē:de qua nūc
loquimur:que est nature assumpte cū natura ⁊ perso/
na diuina:non potest terminari actio naturalis:sꝫ solū

diuina: que potest nature humane dare nouuz moduz essendi: sicut dat accidēti in sacramēto altaris. sic igiť natura assumpta: ⁊ natura ⁊ persona assumens sunt q̄daz extrema vnionis: sed nō sunt proprie assūptionis terminus: sed solum ipsa vnio. Hec Duran. ❡ Cōtra secundaz conclusionez etiaz militant argumenta Aureoli. ideo contra illam non adduco argumenta noua. ❡ Contra tertiam conclusionez arguit idem Aureo. dicens ꝙ via nostra non potest saluare: ꝙ illa vnio sit maxima inter vniones post illam: qua tres persone in vna essentia vniunť. Quod tamen Bernar. ad Eugenium asserit. (❡ Nullus eniz dicere potest: quin vnita ꝑ indiuisionez ⁊ continuationez maiori vnitate iungāť q̄ que copulantur per relationē:) vbi nō est aliud copulare ex parte vnius extremi nisi relationez terminare: sed qui ponit ꝙ illa vnio est per indiuisionez humanitatis cum proprietate verbi quasi cuiusdaz terminabilis cum suo termino intrinseco: consequenter potest ponere istam vnionem esse maiorez. ❡ Arguit ēt contra eandez Durandus. ꝙ ista vnio nō debeat dici simpliciter maxima inter vniones creatas. quod probat sic. Per vnionem aliqua dicuntur vnum: ratio autem vnius est ratio indiuisi. igiť illa vnio est maxima: cuiꝰ extrema magis ⁊ intimius faciunt vnuz: sed extrema multaꝝ aliarum vnionum: puta materie ⁊ forme magis ⁊ intimius efficiunt vnum q̄ extrema incarnationis: constituunt enim vnum per essentiam. Unum ēt non potest separari ab alio saltez materia a forma: salua consistentia ⁊ natura sua: quod est signuz magne intimitatis. Inter extrema autem incarnationis non est talis vnitas: nec talis: nec talis intimitas: quia nec constituunt vnam naturaz: nec vnum est inseparabile ab altero. ergo vnio forme cum materia est maior quantum ad rationez vnionis. Hec ille. Et in hoc secundus articulus terminatur.

Cōtra eūdē Duran. q. 3.

Quantuz ad tertium articuluz restat obiectionibus supradictis respondere. Ideo ad primum Aureoli contra primam conclusionem: ⁊ ad omnia sequentia dicitur. ꝙ si quid probant hoc solum concludunt efficaciter: ꝙ inter humanitatez assūptam ⁊ proprietatem seu naturaz verbi est quidez aliqua vnitas ⁊ indiuisio: ⁊ si permittitur modus suus loquendi: entitatiua cōtinuatio: sed ꝙ inter talia non sit aliqua vnio relatiua: nihil probāt: neqȝ ꝓbare possunt: quia vnio de necessitate est relatio inter extrema vnita. vel illam exigit: quia vnitum dicitur ad aliud: ⁊ nō ad se. Qualis autem sit indiuisio: que potest cōcedi inter naturam assumptaz ⁊ assumens dicitur: ꝙ non est indiuisio alicuius tertie entitatis ex duabus resultantis: sicut false imaginatur arguens: sed est indiuisio esse actualis existentie duas naturas copulantis vel actuātis remanente distinctione illaꝝ secundum suas essentias inter se: sicut alias dictum fuit de indiuisione materie ⁊ forme in composito secundo sen. distin. 16. licet nō sit per omnia conueniens similitudo. Est etiaz indiuisio suppositi in duabus naturis subsistentis. Unde sanctus Tho. tertio sen. distin. ꝑma. q. ꝑma artic. ꝑmo ad propositū sic dicit. (❡ Unio aliquorum duorum vel trium potest esse tripliciter. Uno modo secundum ꝙ aliqua non vniuntur adinuicem nisi per coniunctionem eorum in aliquo vno: quedā vero econuerso vniūtur per coniunctionez eorum adinuicē in aliquo vno: quod ex eorum coniunctione constituitur: quedaz vō per coniunctionem eorum adinuicem: sed non in aliquo vno: quia ex eorum coniunctione nihil resultat:

Qualis sit indiuisio inter nām assūptā ⁊ assumentē.

primum horum contenit. 4. modis: q: vel illud vnuz in quo coniunguntur est idem numero. sicut duo brachia in pectore: vel duo rami: qui se non tangunt: nisi in vno trunco: vel vnum secundum speciem: sicut sortes ⁊ plato in homine: vel vnum genere: sicut homo ⁊ asinus in animali: vel vnuz analogia seu proportione: sicut substantia ⁊ qualitas in ente: quia sicut se habet substantia ad esse sibi debitum: ita ⁊ qualitas ad esse sui generis sibi conueniens: que vero coniunguntur adinuicem ⁊ in aliquo vno ex eorum coniunctione cōstituto sunt sicut materia ⁊ forma: quia forma coniungitur materie vt perfectio eius: ⁊ ambo coniunguntur in natura cōmuni. Et simile est de partibus q̄titatis continuatis adinuicem: ita ꝙ ex eis prouenit aliquod totum: in quo due partes conueniant. Ea vero q̄ vniuntur adinuicem: ⁊ non in aliquo vno sunt sicut accidens ⁊ subiectum: ex quibus nō efficitur vnum per se: cuius subiectum ⁊ accidens partes dici possint: vt probatur in octauo metaphisice. ❡ Et q: vt dicit Hylarius. (Cōparatio terrenorum ad deum nulla est: nec exemplum sufficiens rebus diuinis ratio humana prestabit.) Sciendū est: ꝙ nullus istorum modorum cōpetit ex toto ineffabili vnioni: qua deus homini vnitus est: sed tamen aliqui istorum modorum q̄tum ad aliud representant illum modum vnionis. Sciendu3 est ergo: ꝙ medius modus: quo aliqua coniunguntur adinuicem: vt ex eis aliquod tertium resultet: omnino nō potest deo conuenire. Quia duo que coniunguntur secundum hunc modum se habent ad tertiuz: vt partes ad totum. Ratio autem partis sicut ⁊ ratio imperfecti penitus a deo remouetur. Primus vero modus ⁊ tertius q̄tum ad aliquid potest deo conuenire. In incarnatione eniz ex parte assumentis duo possunt cōsiderari: scilicet ipsa persona: ⁊ natura. Si autem consideremus personam assumentem: sic coniungitur nature humane assumpte tertio modo coniunctionis: quia persona diuina fit ꝑsona nature humane: ⁊ ex his duobus non resultat aliquod tertium: sicut nec in sorte ex persona eius ⁊ natura non fit aliquid tertium: sed ꝑsona eius in natura humana subsistit. Si autez consideremus naturam assumentis: sic coniunctio eius ad naturam humanam est secundum primum modum: inquantum due nature in vna persona conueniunt: que in naturalibus proprietatibus nihilominus distincte sunt: ⁊ ideo incarnatio insertioni cōparatur: sicut enim in insertione in eodez trunco: in quo erat vnus ramus per naturam fit alius ramus per insertionez: ita in eadem persona: in qua naturaliter erat diuina natura: est per vnionem humana natura. In vno autem genere vel specie deum ⁊ creaturam conuenire impossibile est: sed per analogiam est possibile. Sȝ hoc ex tunc fuit ex quo creature esse ceperunt. et ideo de hoc non est ad presens questio.) Hec ille. ❡ Ex quo patet: qualis indiuisio concedenda est inter naturam assumptam: ⁊ naturam: vel personam assumentem: scilicet indiuisio suppositi. De indiuisione vero esse actualis existentie latius tractabitur in sequenti distinctione. His premissis dicitur ad primam formaz: ꝙ peccat per fallatiam consequentis: quia arguit a superiori ad inferius affirmatiue sine distributione: vt dicendo sic: asinus est aīal. igiť asinus est hō: sic in ꝓposito cū sic arguit. Unio incarnationis assimilatur mixture: igitur assimilatur in hoc: qd̄ est miscibilia ꝯcurrere i talē idiuisionē: qualē fingit arguens. Sufficit enim ad saluandum dictum Augustini: ꝙ sit ibi indiuisio supradicta. Ulterius di

Ter. cō. 16.

q. vnica in ꝓbatione pᵃ cō clusionis. et in respon. ad arg. ꝯtra pᵐᵃᵐ

ctum Augustini est contra arguentem. Quia vbicunqʒ in miscibilibus saluatur integritas nature: non est omnimoda indiuisio entitatiua: imo perfecta distinctio naturarum. Rursum concesso ꝙ inter naturam assumptam: ⁊ verbum assumens esset talis indiuisio qualem introducit arguens: ex hoc non concluditur nisi ꝙ vnitas est indiuisio ⁊ non relatio: sed nullo modo probat quin cum tali vnitate negatiua stet vnio relatiua. et ideo argumentum nihil concludit contra nos. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ vnitas persone in duabus naturis non fit per solam terminationem relationis: sicut nobis imponit arguens: sed bene conceditur ꝙ vnio dicit talem relationem fundatam in vna natura: ⁊ terminatam ad aliam. Unitas enim persone dicit indiuisionem persone subsistentis in duabus naturis: ⁊ indiuisionem actualis existentie in vtraqʒ. Et ideo apparet ꝙ illa: que sibi adducuntur de vnitate totius vniuersi: non habent aliquam apparentiam: quia non omnes partes vniuersi habent predictam indiuisionem. Unde arguens male capit verba: ⁊ sensum sancti Thome: quia sanctus Tho. non ponit solaʒ vnitatem relatiuam: sed solam vnionem relatiuam. Immo expresse ponit: ꝙ vnio que est relatio consequitur vnitatem aliquam inter extrema: vt superius dictum est in probatione prime conclusionis. ¶ Ad tertium patet per idem: quia nos non dicimus: ꝙ sola relatio det persone diuine ꝙ sit vere ⁊ substantialiter homo: sed ipsa humanitas vnita persone: ⁊ tracta ad esse diuine persone. Et de hoc sanctus Tho. tertia parte. q. secunda articu. sexto. in solu. secundi. sic dicit. (Illud quod aduenit post esse completum accidentaliter aduenit nisi trahatur in communionem illius esse completi: sicut in resurrectione corpus adueniet anime preexistenti: non tamen accidentaliter: quia ad ideʒ esse assumetur: vt scilicet corpus habeat esse vitale per animam. Non autem sic est de albedine: quia aliud est esse albi: ⁊ aliud est esse hominis: cui aduenit albedo. Uerbum autem dei ab eterno esse completum habuit secundum hypostasim siue personam: ex tempore autem aduenit ei natura humana nō quasi assumpta ad vnū esse: prout est esse nature: sicut corpus assumitur ad esse anime: sed ad vnum esse: prout est hypostasis: vel persone: ⁊ ideo humana natura nō vnitur accidentaliter filio dei.) Hec ille. ¶ Quod autem dicit arguens de illa intrinseca terminatione nature humane per proprietatem verbi non videtur sane intelligibile. Quia proprietas personalis verbi non potest terminare naturam humanam formaliter ⁊ intrinsece illo modo: quo punctus lineam: vel linea superficiem: vel superficies corpus: nec illo modo: quo forma terminat materiam. Tum quia proprietas illa non potest esse forma rei corporee. Tum quia natura humana assumpta non indiget tali terminatione: cum ipsa in se sit terminata per suam formam: scilicet animam rationalem. Nec illo modo: quo differentia terminat genus: vt clarum est. Nec illo modo: quo actus terminat potentiaʒ passiuam substantialem: quia humanitas nō est in potentia ad talem actum: nisi forte ad esse: quia si esset in potentia ad aliq̄ꝫ naturam: vel actum substantialem cum quo constitueret aliquid vnum: esset processus in infinitum: ⁊ infinita inconuenientia sequerentur. De hoc sanctus Tho. tertia parte. questione secunda. arti. primo. sic dicit. (Tripliciter aliquid vnuʒ ex duobus vel pluribus constituitur. vno modo ex duobus perfectis integris remanentibus: quod quidem fieri nō pōt nisi in his quorum forma est compositio: vel ordo: vel figura: sicut ex multis lapidibus absqʒ aliquo ordine adunatis ⁊c. vt supra fuit allegatum prima distinctione huius tertij. articulo tertio in solutione primi argumenti contra quartam conclusionem: ex quibus patet ꝙ illa intrinseca terminatio nō est sane intelligibilis. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ ex verbis Damasceni bene sequitur: ꝙ natura assumpta cōmunicat cum existentia persone diuine: vt prius dictum est: non autem sequitur: ꝙ inter verbum diuinum ⁊ naturam assumptam nulla sit relatio aut habitudo. Et multo minus sequitur: ꝙ ꝓprietas verbi terminet intrinsece naturā assumptam: quia de hoc verba Damasceni nullam faciunt mentionem. Sed arguens videtur male capere verba Damasceni: nam per habitualem vnionem nō intelligit Damascenus vnioneʒ relatiuam: nec per habitum intelligit relationem: sed potius vestimentum. Unde per illa verba intendit remouere vnioneʒ Nestorij et eius sequatium: quorum quidam posuerunt verbum dei esse vnitum nature assumpte: sicut habitui vel indumento. Et de hoc sanctus Tho. tertia parte. questione secunda. articu. sexto sic dicit. (Circa misterium vnionis duarum naturarum in christo duplex heresis insurrexit. Una quidem confundentium naturas: sicut Euthicetis ⁊ Dioscori: qui posuerunt: ꝙ ex duabus naturis est constituta vna natura: ita ꝙ confitentur christū esse ex duabus naturis: quasi ante vnionem distinctis: nō autem in duabus naturis: quasi post vnionem naturarum distinctione cessante: alia vero fuit heresis Nestorij ⁊ Theodori separantium personas: posuerunt enim aliam esse personam filij dei: ⁊ filij hominis: quas dicebant sibiinuicem esse vnitas: primo quidem secundum inhabitationem inquantuʒ scilicet verbum dei habitauit in illo homine: sicut in templo. Secundo secundum vnitatem affectus: inq̄ꝫtum scilicet voluntas illius hominis est semper cōformis voluntati dei. Tertio modo propter operationeʒ prout scilicet dicebant illum hominem esse verbi dei instrumentum. Quarto secundum dignitatem honoris: prout omnis honor: qui exhibetur filio dei: exhibetur filio hominis propter coniunctionem ad filium dei. Quinto secundum equiuocationem. idest secundum cōmunicationem nominum prout scilicet dicimus illum hominem esse deum ⁊ filium dei. Manifestum est autem omnes istos modos accidentalē vnionem importare. Quidam autem posteriores magistri putantes se has hereses declinare: in eas per ignorantiam inciderunt. Quidam enim eorum concesserunt vnam esse christi personam: sed posuerunt duas hypostases siue duo supposita: dicentes hominem quendaʒ compositum ex anima ⁊ corpore a principio sue conceptionis esse assumptum a filio dei. Et hec est prima opinio: quam ponit magister sexta distinctione tertij sententiarum. Alij vero volentes seruare vnitatem persone: posuerunt christi animam nō esse corpori vnitam: sed hec duo separata ab inuicem esse vnita accidentaliter verbo: vt sic nō cresceret numerus personarum. Et hec est tertia opinio: quam magister ibidem ponit: vtraqʒ autem predictarum opinionum incidit in heresim Nestorij. Prima quidem: quia idem est ponere duas hypostases: vel duo supposita in christo: quod est ponere duas personas: vt supra dictuʒ est. Et si fiat vis in nomine persone consideranduʒ est: ꝙ etiam Nestorius vtebatur vnitate persone propter vnitatem dignitatis: ⁊ honoris. Unde et synodus diffinit anathema

eum:qui dicit vnā personā scd̄m dignitatē:⁊ honorē:⁊
adorationē:sicut Theodorus ⁊ Nestorius insanientes
ꝯscripserunt.Alia vero opinio incidit in errorē Nestorij
quātū ad hoc:ꝙ posuit vnionē accidētalē. Non enim
differt dicere q̄ vbū dei est vnitū homini xp̄o scd̄m in
habitationē sicut in tēplo suo:sicut dicebat Nestorius:
⁊ dicere ꝙ vnitū fuit verbū homini scd̄m induitionē:
sicut vestimēto:sicut dicit tertia opinio:q̄ et̄ dicit aliqd
peius q̄ȝ Nestorius.s.ꝙ aīa ⁊ corpus nō sūt vnita. Fi-
des aūt catholica mediū tenens inter p̄dictas positio-
nes neqȝ dicit vnionē factā dei ⁊ hominis scd̄ȝ eēntiā
vel nām:neqȝ et̄ scd̄m accidēs:sȝ medio mō scd̄m sub
sistentiā seu hypostasim.Vn̄ in sexta synodo legit̄.Cū
multis modis vnitas intelligat̄:q iniqtatē Appollina-
ris ⁊ Euthicetis sequit̄:iteremptionē eoꝝ q̄ ꝯuenerūt
tollentes:idest interimentes vtrāqȝ nām:vnitionē fm
cōfusionē dicūt.Theodori aūt ⁊ Nestorij sequaces:di
uisione gaudētes:affectualē vnitatē introducūt.San-
cta vero dei mater ecclesia vtriusqȝ insidie impietatē
reiiciens:vnionē dei verbi ad carnē scd̄m cōpositionē
cōfitet̄:qd̄ est scd̄m subsistētiā.Sic igit̄ pȝ:ꝙ secūda
triū opinionū:quas magister ponit:q̄ asserit vnā hypo-
stasiȝ dei ⁊ hominis:nō est dicēda opinio:sȝ snīa catho
lice fidei.Silr̄ et̄ p̄ª opinio:q̄ ponit duas hypostases:⁊
tertia q̄ ponit vnionē accidētalē nō sūt dicēde opinio
nes:sȝ hereses in cōsilijs ab ecclesia dānate.) Hec ille.
¶ Ex quib⁹ seqtur p̄:ꝙ Damas.per vnionē hitudinalē
intelligit vnionē:quā posuit Nestorius:⁊ est tertia opi-
nio posita 6ª dis.tertij.sen.Et illā intendit Damas.nega
re:nō aūt vnionē hitudinalē.i.relatiuā.¶ 2° sequitur.
ꝙ illa indiuisio:quā ponit arguens est ꝓpinqua errori
Euthicetis:qꝛ sicut ille posuit naturā hūanā ⁊ diuinā
esse oīo idistinctas in xp̄o post icarnationē:ita arguēs
ponere vr̄:ꝙ ꝓprietas verbi ⁊ humanitas assumpta:
sunt penitus indiuise ⁊ idistincte.¶ Ad 5m dr̄:q̄ Boe-
tius ꝑ illa verba nō intēdit ponere indiuisionē:vel cō-
tradictionē:quā arguēs introducit:sȝ intendit ꝙ vnio
naturaꝝ in xp̄o nō est ꝑ solū ꝯtactū:sicut aceruus lapi-
duȝ:vel granoꝝ:nec ꝑ solā inhabitationē:aut vestitio
nē eo modo:quo posuerūt Nestoriani:sȝ ꝑ vnitatē sup
positi ⁊ persone:⁊ ꝑ idiuisionē esse ⁊ subsistētie. Et hoc
intelligit cum dicit:ꝙ ex cōiunctione humanitatis ad
diuinitatē aliqd̄ vnū ꝯfectum est.Cū aūt dicit arguēs
ꝙ nisi inter naturas esset indiuisio:quā ipse ponit:non
esset vnū nisi per modū aceruí ⁊c̄:falsuȝ est:⁊ est falla-
tia ꝯsequētis:qꝛ plures sunt alij modi vnitatū verarū:
⁊ indiuisionū p̄ter illā:quā ipse ponit sicut patet:qꝛ etiā
mā ⁊ forma in cōposito nō hūt illā indiuisionem:⁊ tn̄
constituunt vere vnū.Sufficit eniȝ ꝙ habeant indiui-
sionem quo ad esse:sȝ sint distincte quo ad suas essen-
tias.¶ Vlteri⁹ dr̄:ꝙ arguēs frustra laborat:qꝛ nos nō
ponimus solā vnionē:q̄ est relatio:imo vnitatem:que
est indiuisio suppositi ⁊ esse.De hoc scūs Tho.3ª.pte.
q.2ª arti.p̄mo in solutione.2.sic dicit.(Ex aīa ⁊ corpo
re ꝯstituit̄ in vnoquoqȝ nr̄m duplex vnitas nāe ⁊ ꝑso-
ne.Nāe qd̄ē sicut aīa vnitur corpori formalr̄ ꝑficiens
ipsum:vt ex duobus fiat vna nā:sicut ex actu ⁊ poten-
tia:vel mā ⁊ forma ⁊ q̄ꝫtū ad hoc nō attēditur similitu
do Athanasij dicētis.Sicut aīa rōnalis ⁊ caro ⁊c̄.qꝛ nā
diuina nō pōt eē forma corporis. Vnitas vero ꝑsone
cōstituitur ex eis inq̄ꝫtum est aliqs vnus subsistens in
carne ⁊ aīa:⁊ q̄ꝫtū ad hoc attendit̄ silitudo.Vnus.n.
xp̄s subsistit in diuina nā ⁊ hūana.) Hec ille.¶ Ad 6m
dr̄:ꝙ xp̄s est aliqd nō solū secundū ꝙ deus:imo scd̄m
ꝙ hō:sed hoc nō ideo est:qꝛ inter ꝓprietatem verbi ⁊
naturam humanā sit illa indiuisio:quā arguens ponit:
nec solum qꝛ inter ea est relatio:sed qꝛ humanitas eēn
tialiter informat verbū eo modo:quo natura dicit̄ in-
formare suum suppositū vt humanitas sortis:assūpsit
eniȝ formā serui:⁊ est indiuisa ab illo secundum esse:⁊
qꝛ inter illa est relatio nō qualiscūqȝ:sed relatio vnio-
nis ꝑsonalis.Vn̄ oīa ista argumenta supponūt:ꝙ nos
negemus oēm indiuisionē nārum in xp̄o:⁊ ponamus
solā vnionē relatiuā:qd̄ falsuȝ est.¶ Ad 7m dicitur:ꝙ
hoc nomen incarnatus nō dicit̄ esse relatiuum:qꝛ hoc
nomen ad aliud nō refertur:q̄ꝫuis implicitā relationē
cōtineat secundum ꝙ vnionē in suo intellectu inclu-
dit.Et hec sunt verba sancti Tho.primo sen.dis.22.in
expositione littere.Verūtn̄ istud argumentū in nullo
est contra conclusionē:qꝛ nos nō loquimur de his no
minibus hūanatus:incarnatus:sȝ de vnione:q̄ exp̄sse
dicit relationem.¶ Ad 8m dicit̄:ꝙ nihil ꝯcludit ꝯtra
nos:qꝛ nō ponimus solaȝ relationē mediā inter nās in
xp̄o:imo alia:vt predictum est sepe.¶ Ad 9m dr̄ p̄mo:
ꝙ coniunctio que est actio vel passio nō est eadem rea
liter cum vnione relatiua.Verū aūt ibi sit alia coniū-
ctio:que nō sit actio vel passio:non est cura:pōt enim
dici:ꝙ est vel fuit quedam coniunctio:que est actio:⁊
quedam que est relatio:⁊ quedā que est indiuisio secū-
dum esse:sed hoc cōcesso nihil contra nos.¶ Scd̄o dr̄
ꝙ materiā esse sub forma dicit relationē subiecti ad
formam:nec oportet ꝙ si materia sit sub illa relatione
ꝙ inter materiam:⁊ illam relationē sit alia relatio:qꝛ
relatio nō est fundamentum:nec terminus relationis
realis:⁊ sic non oportet timere ꝓcessum in infinitum:
¶ Tertio dr̄:ꝙ iter ꝑtes cōtinui est indiuisio secūdū
esse:nec oportet ꝙ per hoc:ꝙ vna dr̄ esse cum alia:im-
portetur relatio realis inter eas actualis:qꝛ nulla illaꝝ
est in actu sed in potentia:nec habent qdditates diuer
sarum rōnum:secus est de materia ⁊ forma. ¶ Quar
to dr̄:ꝙ materia ⁊ forma nō sunt vnuȝ:sed constituūt
vnum:nec sunt indiuise aut indistincte entitatiue:sed
secundum esse:vt in secundo senten.latius dictuȝ fuit.
¶ Ad primū Durandi contra eandem conclusionem
dicit̄ negando maiorem:qꝛ eius falsitas manifeste pȝ
tam in actionibus philosophicis q̄ȝ supnaturalibus.
Constat nāqȝ:ꝙ in naturali nutritione ⁊ augmento ho
minis terminus actionis vel mutationis est anima ra
tionalis:que acquirit̄ in materia spoliata forma alimē
ti:⁊ tamen aīa rationalis precessit illam mutationē.
Vlterius patet.ꝙ formalis terminus resurrectionis
lazari fuit eius anima rationalis:⁊ tamen anima pre-
cessit illam resurrectionē:⁊ simile erit in cōmuni resur
rectione omnium:per quā acquiretur forma antiqua.
Dictum aūt philosophi nō iuuat:quia non dicit ꝙ mo
tus cesset p̄nte forma:quā vocat habituȝ:sȝ dicit ꝙ ha
bitu p̄nte in materia.Nil ergo ꝓhibet terminū forma
lem motus p̄cedere motum vel actionē:quā termiat:
sȝ extra materiā:cui acqritur de nouo:⁊ sub alio modo
essendi ipsius:vel sui subiecti:nam aīa separata habet
talem modum essendi ꝙ ipsa in suo esse subsistit:⁊ non
communicat illud esse corpori:sed facta resurrectio-
ne ipsa:non solum subsistet in suo esse:imo cōmunica
bit illud corpori.Sic in ꝓposito:persona diuina ante
incarnationem subsistebat in suo esse personali:sed
nulli creature cōmunicabat illud:post incarnationem
vero secus est:vt prius dicebatur.Et cuȝ vlterius dicit
arguens:q̄ illud solū est terminus assumptiōis:quod
acquiritur per assumptionē ⁊c̄.Negatur minor.quia ꝑ
assumptionē nō solū acquiritur illa relatio:imo natu-
ra assumpta

ra assumpta trahit ad esse personale verbi: et similiter natura assumpta quodammodo acquirit personam diuinam inquantum existit in illa: et per esse eius de nouo. ¶ Ad 2m dicitur primo: quod distinctio: que ibi premittitur falsa est quantum ad hoc quod dicit: quod relatio que est denominatio sumpta ex pluribus vt similitudo: equalitas: et huiusmodi: non sit aliud a suo fundamento. et de hoc visum fuit primo sen. dis. 30. Immo hoc dictum videtur contradictionem implicare: quia quod sumitur a pluribus: nullum illorum sigillatim: nec insimul omnia esse potest: quia nihil sumitur a seipso. Et vlterius. quia denominatio distinguitur a denominatis. ¶ Secundo dicitur: quod licet aliqui respectus possunt esse termini motus realis potissime respectus de genere vbi: non tamen nisi preacquisito aliquo absoluto. puta loco: quia nouitas respectus cuiuscunque consequitur et preexegit nouitatem in aliquo absoluto: vel eius acquisitionem: aut deperditionem. ¶ Tertio dicitur: quod quicquid sit de respectibus pertinentibus ad vltima sex predicamenta: tamen de respectu pertinente ad predicamentum relationis vel ad aliquid responsio arguentis nobiscum concordat: quod ille non potest esse per se et primus terminus actionis aut motus: constat autem quod respectus vnionis ad vnibile vel vniti ad vnitum non potest reduci ad aliquod sex vltimorum predicamentorum: quia nec ad predicamentum actionis: aut passionis. et dato quod ad illa pertineret. tamen probatio Arist. 5. phy. euidenter procedit contra hoc. Nec potest dici quod pertineat ad predicamentum quando: aut vbi: aut situs: aut habitus: sicut patet inspicienti quidditates dictorum generum. ergo oportet quod reducatur ad predicamentum ad aliquid. ¶ Quarto dicitur: quod arguens inepte probat vnionem vel respectum vnionis esse realem modum essendi: quia dicit: quod esse vnitum est quidam modus realis essendi etc. Tum quia esse vnitum non est vnio vere et proprie loquendo sed est quid consequens ad vnionem vel concomitans. Tum quia esse vnitum presupponit esse in se vel in alio absolute: modus enim essendi presupponit esse: et esse potius est modus essendi pure respectiuo. vnde ponere talem modum essendi pure respectiuum esse primum terminum actionis excellentissime: cuiusmodi est assumptio nature humane inconueniens videtur: et contra hanc fantasiam currunt omnia argumenta Aureoli prelibata. ¶ Ad primum contra tertiam conclusionem dicitur. quod procedit contra Durandum non autem contra nos: nam. vt sepe dictum fuit: non solum ponimus vnionem: que est relatio: imo vnitatem. que est indiuisio: licet non ad mentem arguentis: sed alio modo. Et ideo possumus saluare: quod vnio naturarum in christo est maxima vnio creata. ¶ Ad 2m. respondet sanctus Tho. tertia parte. q. 2. ar. 9. in solutione 3. dicens. (Unitas diuine persone est maior vnitas quam vnitas nature et persone in nobis. et ideo vnio incarnationis est maior quam vnio anime et corporis in nobis.) Hec ille. ¶ Item in solutione primi sic dicit (Unitas persone diuine est maior quam vnitas numeralis: que est principium numeri. Nam vnitas diuine persone est vnitas increata per se subsistens non recepta in aliquo per participationem. Est etiam in se completa habens in se quicquid pertinet ad rationem vnitatis: et ideo non competit sibi ratio partis sicut vnitati: que est pars numeri: et que participatur in rebus numeratis. Et ideo quantum ad hoc vnio incarnationis preeminet vnitati numerali ratione scilicet vnitatis persone: non autem ratione humane nature: que non est ipsa vnitas diuine persone: sed est ei vnita.) Hec ille. ¶ Ex quibus apparet responsio ad argu. quia maior est falsa: non enim ideo dicitur aliqua vnio maior: quia eius extrema magis faciunt vnum loquendo de maioritate simpliciter: sed ideo quia coniunguntur in maxime vno: nec similiter dicitur maxima vnio simpliciter: quia eius extrema sunt magis inseparabilia: licet ex hoc possit dici maxima

secundum quid. Et ex his patet responsio ad argumentum factum in oppositum questionis. De qua benedictus deus. Amen.

¶ Utrum diuina essentia possit vniri nature create vt forma. Quo. II.



Uerum circa quintam distinctionem queritur. Utrum diuina essentia: vel personalis proprietas possit vniri alicui nature create per modum forme. Et arguitur quod sic. Quia eque vnitissimum est rei corporee suum esse: sicut sua forma. sed deus est esse nature corporee: quod formaliter est: sicut patet per Dionysium. 4. c. celestis hierarchie: vbi dicit: quod esse omnium est: quod super esse est diuinitas. ergo diuina essentia potest esse forma nature create corporee.

In oppositum arguitur sic. Quia Dio. 4. ca. de diuinis nominibus dicit. neque tactus est eius scilicet dei: neque alia quedam ad partes commiscendi comunio.

In hac questione sunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo obiectiones. In tertio solutiones.

Quantum ad primum articulum sit prima conclusio. Nec diuina essentia: nec proprietas personalis diuina potest vniri alicui creature corporee per modum forme: proprie loquendo de forma. Hanc ponit sanctus Thomas prima parte questio tertia articulo octauo. (Impossibile (inquit) est deum aliquo modo in compositionem alicuius venire: neque sicut principium formale: neque sicut principium materiale. ¶ Primo quidem. Quia supra diximus deum esse primam causam efficientem: causa autem efficiens cum forma rei facte non incidit in idem numero: sed solum in idem specie: homo enim generat hominem: materia vero cum causa efficiente non incidit in idem numero: neque in idem specie: quia hoc est in potentia: illud vero in actu. ¶ Secundo. Quia cum deus sit causa efficiens prima: eius est primo et per se agere. Quod autem venit in compositionem alicuius non est primo et per se agens. sed magis compositum. Non enim manus agit: sed homo per manum: et ignis calefacit per calorem. vnde deus non potest esse pars alicuius compositi. ¶ Tertio. Quia nulla pars compositi potest esse simpliciter prima in entibus: neque etiam materia et forma que sunt prime partes compositorum. Nam materia est in potentia: potentia autem est posterior actu simpliciter: forma autem: que est pars compositi: est forma participata: sicut autem participans est posterius eo quod est per essentiam: ita et ipsum participatum: sicut ignis in ignitis est posterior eo: qui est per essentiam: ostensum est autem: quod deus est primum ens simpliciter.) Hec ille. ¶ Eandem conclusionem probat primo contra Gentiles capitu. 28. vbi sic dicit. (Ostenso quod deus non sit esse omnium: similiter ostendi potest: quod deus non sit alicuius rei forma. Nam diuinum esse non potest esse alicuius quidditas: que non sit ipsum esse: vt ostensum est. Quod autem est ipsum esse diuinum non est aliud quam deus. Impossibile est igitur deum esse alicuius alterius formam. ¶ Amplius. Forma corporis non est ipsum esse: sed essendi principium: deus autem est ipsum esse: non ergo deus est forma corporis. ¶ Item Ex vnione forme et materie resultat aliquid compositum: quod est totum respectu materie et forme: partes autem sunt in potentia respectu totius: in deo autem nulla est potentialitas: impossibile est igitur deum esse

.q. prima ar. 2. contra primam conclusionem primo Gre. post 4m ar. ocham et contra primum 2o loco.

Tex. co. 10.

.q. 2. argu. 5.

Cap. 27.

formam vnitam alicui rei. ¶ Adhuc. Quod per se habet esse nobilius est eo: quod habet esse in alio. Omnis autem forma alicuius corporis habet esse in alio. Cum igitur deus sit ens nobilissimum quasi prima essendi causa: non potest esse alicuius forma.) Hec ille.

¶ Secunda cōclusio. Nec deitas: nec proprietas personalis verbi dei est vnita humanitati christi: nec eiꝰ carni vt forma. Hanc ponit beatus Thomas quarto contra Gentiles capitulo.32. (Manifestū est (inquit) ex premissis. ꝙ deus forma corporis esse nō pōt. Cum

Cap. 7. eiusdem.

igitur verbum dei sit deus: vt supra ostensum est: impossibile est: ꝙ verbum dei sit forma corporis: vt sic carni pro anima esse possit. Nec solum deus non potest esse forma corporis: sed nec etiam aliquis supernorum spirituum supercelestium.) Hec ille. ¶ Item capitulo trigesimo quinto ait. (Si vt Eutbices posuit humana natura ⁊ diuina fuerunt due ante vnionem: sed ex eis in vnione conflata est vna natura: oportet hoc esse aliquo modorum: secundum quos ex multis natum est fieri vnum. Fit autem vnum ex multis vno quidem modo secundum ordinem tantum: sicut ex multis domibus fit ciuitas: ⁊ ex multis militibus fit exercitus. Alio modo ordine ⁊ compositione: sicut ex partibus domus coniunctis ⁊ per tecti colligationem fit domus: sed hi duo modi non cōpetunt ad constitutionem vnius nature ex pluribus. Ea igitur quorum forma est ordo vel compositio non sunt res naturales: vt sic eorum vnitas possit dici vnitas nature. Tertio modo fit vnum ex pluribus ꝑ cōmixtionem: sicut ex quattuor elementis fit corpus mixtum: ⁊ hoc etiā nullo modo competit ad propositum. ¶ Primo quidem. Quia mixtio nō est nisi eorum: que comunicant in materia: ⁊ que nata sunt agere ⁊ pati adinuicem: quod quidem in his esse nō potest: quia deus est omnino inmaterialis et impassibilis. ¶ Secundo. Quia ex his quorum vnum multum excedit aliud: mixtio fieri non potest. Si quis enim guttam vini mittat in mille amphoris aque: non erit mixtio: sed corruptio vini: propter qđ etiam nec ligna igni inmissa dicimus miscere igni: sed ab igne consumi propter excellentem ignis virtutem: virtus autem dei in infinitum humanam naturam excedit: cum virtus dei sit infinita. Nullo modo igitur potest fieri mixtio vtriusqꝫ nature. ¶ Tertio. Quia dato ꝙ fieret mixtio: neutra natura remaneret salua: miscibilia enim in mixto non saluantur. Si igitur sit facta vera mixtio vtriusqꝫ nature: diuine scilicet ⁊ humane: tunc neutra natura remaneret: sed tertium aliquid. et sic christus neqꝫ esset deus: neqꝫ esset homo. Non igitur sic potest intelligi ꝙ Eutbices dicit ante vnionem fuisse duas naturas: post vnionem vero vnam in domino Jesu christo: quasi ex duabus naturis sit constituta vna natura. Relinquitur igitur ꝙ hoc intelligatur: ꝙ altera tantum earum remanserit post vnionem. aut igitur fuit in christo sola natura diuina: ⁊ illud quod videbatur in eo humanum: fuit fantasticum: vt dicit Manicheus: aut diuina natura conuersa est in humanam: vt Appollinaris dixit: contra quos supra disputauimus. Relinquitur igitur hoc esse impossibile ante vnionem fuisse duas naturas in christo post vnionem vero vnam. ¶ Amplius. Nūquam inuenitur ex duabus naturis manentibus fieri vnam eo ꝙ quelibet natura est quoddam totum: ea vero ex quibus aliquid constituitur: cadunt rationem partis: vnde cum ex anima ⁊ corpore fiat vnum: neque corpus: neqꝫ anima potest dici natura: sicut nunc loquimur de natura: quia neutrum habet speciem completam: sed vtrunqꝫ est pars vnius nature. Cum igitur natura humana sit quedam natura completa: ⁊ similiter natura diuina: impossibile est ꝙ concurrant in vnā naturam: nisi vel vtraqꝫ vel altera corrumpatur: quod esse non potest: cum ex supra dictis pateat vnum christum verum deum: ⁊ verum hominem esse. Impossibile est igitur in Christo tantum esse vnam naturam. ¶ Item. Ex duobus manentibus vna natura constituitur vel sicut ex partibus corporalibus: sicut ex membris constituitur animal: quod hic dici non potest. Cuꝫ diuina natura non sit aliquid corporeum: vel sicut ex materia ⁊ forma constituitur aliquid vnum: sicut ex anima ⁊ corpore constituitur animal: quod etiam non potest dici in proposito: ostensum est enim in primo libro: ꝙ deus neqꝫ forma: neqꝫ materia alicuius esse potest. Si igitur christus est verus deus ⁊ verus homo: vt ostensum est: impossibile est ꝙ in eo sit tātum vna natura. ¶ Adhuc. Subtractio vel additio alicuius essentialis principij variat speciem rei: ⁊ per consequens mutat naturā: que nihil aliud est ꝙ̄ essentia: quam significat diffinitio: ⁊ propter hoc videmus: ꝙ differentia specifica addita vel subtracta diffinitioni facit differre secundum speciem: sicut animal rationale: ⁊ ratione carens specie differunt: sicut in numeris vnitas addita vel subtracta facit alicui speciem numeri: forma autem est essentiale principium. Omnis igitur additio forme facit aliam speciem ⁊ aliam naturaꝫ: sicut nunc loquimur de natura. Si igitur diuinitas verbi addatur humane nature sicut forma: faciet aliam naturam: ⁊ sic christus nō erit humane nature: sed cuiusdam alterius: sicut corpus animatum est alterius nature ꝙ̄ illud: quod est corpus tantū. ¶ Adhuc. Ea que non conueniunt in natura: non sunt similia secundum speciem: vt homo ⁊ equus: si autem natura christi sit composita ex natura humana ⁊ diuina: manifestum ē: ꝙ non erit natura christi in alijs hominibus: ergo non erit similis nobis secundum speciem. Quod est contra apostolum dicentem hebreorum secundo: ꝙ debuit per omnia fratribus similari. ¶ Preterea. Ex forma ⁊ materia semper constituitur vna species: que est predicabilis de pluribus actu vel potentia quantum est de ratione speciei. Si igitur humane nature diuina natura quasi forma adueniat: oportebit ꝙ ex coniunctione vtriusqꝫ quedam cōmunis species resultet: que sit a multis participabilis: quod patet esse falsum: non enim est nisi vnus Jesus christus deus ⁊ homo.) Hec ille. ¶ Tertia conclusio. Non impossibile est essentiā diuinam vniri alicui creature spirituali ⁊ intellectuali aliquomodo per modum forme intelligibilis ⁊ in esse intelligibili: nōn in esse naturali. Hanc ponit sanctus Thomas tertio cōtra Gentiles capitulo.51. vbi sic dicit. (Considerandum (inquit) est ꝙ substantia que est per seipsam subsistens vel est forma tantum: vel compositum ex materia ⁊ forma. Illud igitur quod est ex materia ⁊ forma compositum: nō potest esse alteri forma: quia forma in eo iam est contracta ad illam materiam: vt alterius rei forme esse non possit. Illud autem: quod sic est subsistens. vt solum sit forma: potest alteri esse forma: dummodo eē suum sit tale: ꝙ ab aliquo alio possit participari. vt patet de anima humana. Si vero esse suum sit tale: ꝙ ab altero participari non possit: nullius rei forma esse potest. Sic enim per suuꝫ esse determinaretur in seipso: sicut que sūt naturalia per materiam. Hoc autē sicut in esse nāli vel substantiali inuenitur:

Cap. 17.
Cap. 20.

inuenit: sic ⁊ in eē intelligibili cōsiderandū est. Cū enī
intellectus perfectio sit verū: illud intelligibile erit vt
forma tantū in genere itelligibiliū: qḋ ē ipsa veritas
Hoc autē soli deo cōuenit. Nam cū veꝝ sequat̄ ad eē
illud: tantū est sua veritas: qḋ est suū esse. Hoc autem
soli deo propriū est. Alia igit̄ intelligibilia subsistentia
nō sunt pura forma in genere intelligibiliū: sed vt for
mā in subiecto aliquo habentia. Est enim vnūquodq̄ʒ
eoꝝ verum nō veritas: sicut etiā est ens: nō autē ipsuʒ
esse. Manifestū est igit̄ ꝙ essentia diuina pōt cōpara
ri ad intellectū creatū vt spēs itelligibilis: qḋ nō cōue
nit de essentia alterius substātie sepate. Nec tñ pōt eē
forma alterius secūdū esse nāle. Sequeret̄ enim ꝙ si
mul cū alio iuncta constituerent vnā nām: qḋ esse non
pōt: cū essentia diuina perfecta sit in sui nā. Species
aūt intelligibilis vnita intellectui nō cōstituit aliquaʒ
nām, sed perficit ipsum ad intelligēdū: qḋ perfectioni
diuine essentie nō repugnat.) Hec ille. ⸿ Ubi conclu
dit ꝙ impossibile est videri diuinā essentiā ab intelle
ctu creato. nisi ipsa diuina essentia sit forma intellectus
qua intelligit. Quomodo aūt itelligat diuinā essentiā
esse formā intellectus creati oñdit. 4. sen. dis. 49. q. 2.
arti. p̄. (Ad videndū (inquit) diuinā essentiā accipiē
dꝰ ē modꝰ: quē aliqui phi posuerūt. s. Alexāder. ⁊ Auer
roys tertio de aīa. Cū enī i qualibet cognitiōe sit neces
saria aliqua forma: p quā res cognoscat̄ aut videat̄. for
ma ista: qua itellectus perficit̄ ad videndas substātias
separatas: nō est quidditas quā intellectꝰ abstrahit a re
bus cōpositis: vt ponit Alfarabius: nec aliqua impres
sio relicta in intellectu nr̄o a substātia separata: vt dicit
Auic. sed est ipsa substātia separata: q̄ cōiungit̄ intelle
ctui nr̄o vt forma: vt ipsa sit qḋ intelligit̄: ⁊ qua intelli
git̄. Et quicquid sit de alijs substātijs separatis: tñ istū
modū oporteret nos accipere in visione dei p essentiā:
qꝛ quacūq̄ʒ alia forma formaret̄ intellectus noster nō
posset p eā duci in diuinā essentiā: Qḋ qdē nō debet in
telligi: quasi diuina essentia sit vera forma intellectus
nr̄i. vel ꝙ ex ea ⁊ intellectu nr̄o fiat vnū simpliciter: si
cut in rebꝰ nālibus ex forma ⁊ mā nāli: sed quia ppor
tio essentie diuine ad intellectū nostrū est sicut ppor
tio forme ad mām. Quandocūq̄ʒ. n. aliqua duo: quoꝝ
vnū est perfectius altero recipiunt̄ in eodē receptibili
pportio vnius duoꝝ ad alteꝝ est sicut pportio forme
ad materiā. s. magis pfecti ad minus pfectū: sicut lux
⁊ color recipiunt̄ in eodē diafano: quoꝝ lux se hʒ ad co
lorē vt forma ad materiam: ⁊ ita cū in aīa recipiat̄ vis
intellectiua: ⁊ ipsa diuina essentia inhabitās: lʒ nō per
eundē modū essentia diuina se habebit ad intellectum
sic̄ forma ad materiā. ⸿ Et ꝙ h sufficiat ad h ꝙ intel
lectus p essentiā diuinā possit videre ipsam essentiam
diuinā: hoc modo pōt ostēdi. Sicut. n. ex forma nāli: q̄
aliquid hēt eē ⁊ mā efficit̄ vnū ens simpliciter: ita ex
forma: qua intellectus itelligit: ⁊ ipso intellectu: fit vnū
in intelligēdo: in rebus autē nālibus res p se subsistēs
non pōt eē forma alicuius materie: si illa res hēt mām
partē sui: qꝛ nō pōt esse vt materia sit forma alicuius.
Sed si illa res per se subsistēs sit forma tantū: nihil p
hibet illā effici formā alicuꝰ materie: ⁊ fieri q̄ est ipsiꝰ
cōpositi: sicut patet de aīa. In intellectu autē oportet
accipere ipsum intellectū in potētia quasi mām: ⁊ spe
ciem intelligibilē quasi formā: ⁊ intellectus actu intel
ligens erit quasi cōpositū ex vtroq̄ʒ: vnde si sit aliqua
res per se subsistens: q̄ non habeat aliqḋ in se: preter id
quod est intelligibile in ipa: talis res p se poterit eē for
ma qua intellectus intelligat: res aūt quelibet ē intelli
gibilis secundū id: quod hēt de actu: nō secundū illud
quod hʒ de potētia vt patet. 9. metaphisice. Et huiꝰ si Text c. 10.
gnū est ꝙ oportet formā intelligibilē abstrahere a ma
teria ⁊ a cōditionibꝰ materie. Et ideo cū diuina eēntia
sit actus purus: poterit esse forma qua intellectus intel
ligit: ⁊ hec erit visio beatificans. Et ideo magister dicit
prima di. secundi. ꝙ vnio aīe ad corpus est quoddam
exemplū illius beate vnionis: qua spiritus vniet̄ deo.)
Hec ille. ⸿ Eandē sententiā ponit in de veritate. q. 8.
ar. p̄. ⁊ quasi eadē verba. Dicit enim multis circa hoc
premissis. (Illud quo intellectus creatꝰ deū per essen
tiam videt: est diuina essentia: nō autē oportet ꝙ diui
na essentia fiat forma ipsiꝰ intellectus: sed ꝙ se habeat
ad ipsum vt forma: vt sicut ex forma: que est pars rei:
⁊ ex materia efficitur vnū ens in actu: ita licet dissimi
li modo ex essentia diuina ⁊ itellectu creato fiat vnū
in intelligēdo: dum intellectus intelligit. ⁊ essentia di
uina per se ipsam intelligit̄.) Hec ille. ⸿ Ibidē etiam
dat simile exemplū de luce ⁊ colore ⁊ diafano. ⁊ addu
cit exemplū magistri sententiaꝝ prima distinctione se
cundi supra recitatū. ⸿ Ex quo patet ꝙ scūs Tho. nō
vult ꝙ essentia diuina possit esse proprie: ⁊ in esse natu
rali: aut reali forma intellectus creati: sed ꝙ se hēt vel
potest se habere ad ipsum q̄si forma: prout illud dicit̄
se habere respectu alterius vt forma: quod est actuali
us ⁊ formalius eo: ⁊ recipitur cum alio in eodem rece
ptiuo: ⁊ ambo cōcurrunt ad eundē effectum: sicut lux
dicit̄ esse forma coloꝝ intentionaliuʒ: que sunt in me
dio: quia ambo sunt in diafano: ⁊ lux est actualior spe
cie coloris: ⁊ ambo cōcurrūt ad potētiā visiuā. ⸿ Un
de ex predictis potest formari talis ratio. Quādocūq̄ʒ
duo principia vnius operationis vel concurrētia sicut
vnū perfectū principiū operationis habētia se vt for
malius et actualius ⁊ minꝰ actuale ⁊ formale recipiū
tur in eodē susceptiuo. vnum eoꝝ se hʒ ad aliud quasi
forma ad materiā: vel actus ad potentiam: sed diuina
essentia ⁊ intellectus creatus illo modo se habēt respe
ctu visionis beatifice. igit̄ vnū potest dici forma respe
ctu alterius. Et in hoc primus arti. terminatur.

Quantum ad secundū articulū arguitur con
tra conclusiones potissime contra
primam ⁊ secundam. Nam Ioan. de ripa in suis deter
minationibus ⁊ in suis scriptis nititur pbare: ꝙ diui
na essentia pōt esse realiter forma creature intrinseca
cuius oppositum dicunt tres conclusiones premisse.
⸿ Primo igitur arguitur sic. Quicquid perfectionis
est in creatura ⁊ entitati perfectionali correspōdet: at
tribuendū est deo simpliciter: licet sub modo perfecto
⁊ nō limitato: sed in qualibet forma creata est pfectio
nis influere influxu intrinseco: hoc enim pueit ex co
municatiōe sue entitatis. ergo hoc potest attribui diui
ne essentie sub modo simpliciter perfecto ⁊ illimitato.
⸿ Confirmatur. Nam vbi iste modus arguendi defi
ceret: excluderet̄ oīs modus pbandi quancunq̄ʒ cau
salitatem in deo. Omnis enim modus causalitatis in
creaturis est quodāmō imperfectus: eo ꝙ sit limitatꝰ
⁊ annexus dependētie: ⁊ cuidā deficiētie a pfecta ⁊ to
tali causalitate. Excluderet̄ ēt oīs modus pbandi de
deo aliq̄ʒ perfectionem simpliciter. Nam in creaturis
quelibet denominatio perfectionis simpliciter est po
tentialis ⁊ limitata. Diceretur ergo ꝙ quamuis huius
perfectiones in creaturis sint melius esse q̄ʒ non esse:
quia tamen necessario sunt modis imperfectionis ad
mixte: non possunt attribui enti vniuersaliter perfecto.
⸿ Dicetur forte: ꝙ maior est vera de omni eo: qḋ non

habet necessario imperfectionem annexam: dare autē esse alicui per informationem necessario ponit limitationem ⁊ compositionē. ¶ Sed ista responsio nō valet. Tum quia non percipit vim argumenti. Argumentum enim nō probat: nisi ꝙ deus potest esse forma intrinseca creature. Utrum autem informatiue: vel subsistenter ⁊ terminatiue: argumentū non limitat. Sufficit enim argumento: ꝙ diuina essentia sit comunicabilis realiter: ⁊ per cōsequens intrinsece. Sic enim voco comunicationem intrinsecam: prout distinguitur a comunicatione: que est per participationē: que est per esse creatum comunicatū creature. Immo potius argumentum implicite probat ⁊ concludit comunicationem diuine essentie per modum forme subsistentis: qui est modus perfectionis: q̄3 per modum forme informantis. ¶ Tum quia ponit forme informatiue necessario annecti compositionē: quod falsum est de omni forma accidentali: licet verū sit de omni forma constitutiua. ¶ Secundo principaliter arguit sic. Primū efficiens agit ad extra tam perfecte simpliciter: sicut agit ad intra. Agit enim ad extra secundum vltimum sui posse. ergo possibile est ad extra correspondere sibi aliquid adequate in esse potentie. Quod non est possibile nisi per actualitatem formalem diuinitatis ⁊ comunicationem sui proprij imensi gradus essendi. Cōsequentia declaratur. Quoniā virtus cuiuslibet potentie actiue vel perfectio non concluditur solum per suū agere: sed etiam per terminum actionis: qui ceteris paribus reddit actionem perfectiorem. ¶ Confirmatur sic ratio. Deus ad extra est immense potens tam intensiue q̄3 extensiue. ergo deus ad extra potest habere terminum adequatum. vel ergo ad extra potest producere aliquid simpliciter immensum. ⁊ hoc est impossibile. vel potest per suum agere comunicare aliquid simpliciter imensum: puta diuinum esse: ⁊ habetur intentum. Quod autē deus sit imense potens ad extra tam intensiue q̄3 extensiue: probatur. Nam posse actiuū est perfectio simpliciter in deo. ergo est formaliter immēsum. Uel ergo ad intra vel ad extra. Si secundū: habetur propositum. Si primū. Cōtra. Nam si aliquod tale sit: sit ergo posse generare filium. Sed contra. Nam tale nō est imensuz ex hoc: quod ē posse notionale: sed quia posse essentiale. ergo generare sibi correspondēs est producere essentiale ⁊ nō notionale. ergo cum ad intra comunicetur esse essentiale. sequitur ꝙ sicut pater comunicat filio plenitudinē essentie ⁊ potentie: ita comunicat sibi posse generare: ⁊ eodem modo comunicat sibi actum generandi: quod est hereticum. Secūdo. Quia si posse ad extra non sit formaliter immēsum: sed solum posse agere ad intra: sequitur ꝙ spiritus sanctus non habet posse formaliter imensum. ¶ Confirmatur secundo. Quia si filius in diuinis haberet precise esse: quo distinguitur a patre per originē: ⁊ non esse diuinitatis: sequitur ꝙ filius non esset formaliter immensus: alias in diuinis essent tria formaliter immensa. ergo nec tunc producere terminatum ad filiuz esset formaliter immēsum. ergo nec posse productiuū cui tale ꝓducere esset adequatum: esset formaliter immensum. ergo si tale posse ē formaliter imensum. hoc est. vel quia per tale posse ꝓducitur esse formaliter immensum: puta esse diuinitatis: ⁊ hoc est hereticum. vel quia tale esse comunicatur: ⁊ tunc quero vltra. Aut tale esse comunicatum filio correspondet filio per productionem patris: vel non. Si sic. ergo filiū esse deum est a patre productiue: vel vt productio est. consequēs est falsum. cum diuinitas sit idem realiter filio. nec diuinitas possit esse terminus productionis per se: nec filius in esse diuinitatis: sed solum in esse: quo distinguitur realiter a patre. Si nō. ergo tale esse nō arguit producere intensius vel minus intēsum. ergo nec formaliter inmensum. Et in hoc apparet distinctio comunicationis ad intra ⁊ ad extra. Nam creatura non potest habere eam ad extra nisi per agere preuium: et ideo dependenter ⁊ potentialiter: ad intra autē non per aliquod producere: sed per primū comunicare prout contra oē agere distinguitur. ¶ Ex quo apparet: ꝙ quantumcunq3 filio correspōdeat esse immensum formaliter: non tamen per posse productiuū vt sic: sed solū per viam comunicatiuam. Et sequitur ꝙ respectu nullius ad intra est posse actiuum diuinum essentiale: ⁊ ideo omne posse diuinū actiuum est ad extra. Ex quo habetur propositum: ꝙ deus potest agere ad extra secundū totale posse ac vltimum sui posse. Nam vel deus non habet formaliter vltimuz sui posse: ⁊ sic sequitur ꝙ nō est infinite potentie intrinsece: vel habet. ergo secundū illud potest agere. Illud enim est possibile: quo posito nullum sequitur inconueniens. Igitur si agit ad extra secundum vltimum sui posse: nullum sequitur impossibile. ergo secundum euz potest habere terminū adequatum sui agere ad extra: ⁊ habet̄ propositū. ¶ Tertio arguitur sic principaliter. De facto diuina essentia est vnita secundū totam latitudinē diuinitatis: anime christi: ⁊ carni: ⁊ hūanitati ⁊ toti: comunicās eē vt forma intrinseca. igit̄. Assumptuz probat̄ auctoritate apostoli ad colo. tertio. (In christo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.) Hoc non potest intelligi per solam vnionem ad hypostasim. vt distinguitur cōtra essentiā: cū hypostasis vt sic nō sit formaliter infinita. vt ꝑ hoc: qḋ vnitur hypostasi verbi: vniretur diuinitati: cum secunda vnio sit incomparabiliter perfectior: ⁊ per cōsequens si comunicat̄ sibi per vnionē plenitudo diuinitatis: comunicat̄ sibi diuina essentia secundum omnem perfectionē essentialē. ¶ Confirmat̄ sic. Si in christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: ⁊ non nisi per vnionē quantū ad propositū pertinet: ⁊ eadē est vnio diuinitatis tā corporis q̄3 aīe sicut toti cōposito. igit̄ carni christi per vnionē comunicata est plenitudo diuinitatis: sed per plenitudinē diuinitatis non potest intelligi nisi esse essentiale diuinū: sicut patet per magistrū tertio sen. dist. 5. vbi dicit. Et plenitudo diuinitatis est diuinitas: que est ipa natura prout distinguit̄ cōtra personā: tale aūt esse nature est vt sit esse formale. ergo diuina natura ī esse nature ⁊ forme comunicata est carni christi. ⁊ habetur intentū. ¶ Itē. Si caro christi est vnita diuinitati. vel ergo diuinitati in eē diuinitatis: vel solū in esse persone. Si primū. ergo in eē forme. Si secundū. ergo ex tali vnione nō redditur homo deus. nam verbū non est deus per rationem personalē: sed per rationē essentialem. Ergo nec vnio ad diuinitatē in esse personali precise denominabit aliquid esse diuinū. Si enim vnitas realis personalitatis cum diuinitate non sufficit ad hoc: ꝙ verbum ꝑ personalitatem dicatur deus. quanto magis vnio quecunq3 realiter distinctorum. Et ideo nihil potest denominari deus ex vnione ad diuinitatem precise in esse subsistentie: nisi sit in esse essentiali. ¶ Item. Hugo in libello de sapiētia anime christi dicit. Anima christi habet oīa per gratiaz: que in deo sunt per naturā: accepit enī anima christi plenitudinē diuinitatis: plenitudinem sapientie: plenitudinem vnitatis: totum qḋ de⁹ est: accepit:

Utrū ex hoc ꝙ actio dei ad extra est īfinita ens ei⁹ sit infinitus.

Utruz posse generare filium ī diuinis sit formalit̄ imensum.

est: accepit: non quia in illud essentialiter mutata: sed quia ineffabiliter vnita: accepit non vt illud essentialiter fieret: sed vt in illo personaliter vnum esset.) Hec Hugo. ¶ Quarto principaliter arguitur sic. Esse personale diuinum est realiter vnibile ⁊ communicabile creature. ergo ⁊ esse essentiale. Antecedens probatur. Nam personalis subsistentia nature increate potest esse per vnionem personalem subsistentia nature create. Consequentia probatur. Nam minus videtur repugnãter se habere ad comunicabilitatem esse essentiale: quod est esse quiditatis ex sui natura comunicabilis: q̃ esse personale etiam secundum omnes philosophos. Sed non repugnat esse personale increatum vniri realiter creature: sic scilicet ꝙ essentia diuina ⁊ creatura comunicent realiter in esse personali. ergo nulla repugnãtia est: vt quodcunq; esse essentiale diuinum sit illo modo comunicabile creature. ¶ Confirmatur. Nã eẽ essentiale diuinum est realiter comunicabile ad intra: non autem esse personale. ergo si esse personale non repugnat comunicari ad extra: multominus eẽ essentiale. ¶ Quinto principaliter arguitur sic. Quodcunq; esse diuinum essentiale est ex se comunicabile: nam de facto comunicatur ad intra. ergo si non est comunicabile creature: hoc est quia creatura non habet potentialitatẽ ad tale esse. ¶ Sed contra. Nã potẽtialitas creature ad esse personalitatis increate nõ est potẽtialitas creature intrinseca: sed sola potentialitas non repugnãtie: que non est aliud q̃ potentia agentis diuina ⁊ obedientialis in creatura. ergo non plus creatura habet ex se potentialitatem. ⁊ aptitudinem ad esse personale increatum q̃ ad eẽ essentiale. ergo ad vtrunq; vel ad neutrum. Secundum nõ est dicendũ. ¶ Si detur primum habetur propositum. ¶ Confirmatur. Nã non minus est supernaturale creature eẽ personale increatum q̃ esse essentiale: ergo tota potentialitas creature ad vtrunq; est potentia agentis. et per cõsequens qua ratione vnum est possibile per primum agens: eadem ratione ⁊ reliquum. ¶ Sexto arguitur sic. Si in creatura est repugnantia ⁊ impossibilitas ad esse essentiale increatum. vel talis prouenit ex imperfectione creature: puta quia non est eleuabilis ad tam perfectum esse: vel ex parte diuine essentie. Non primum. Nam ⁊ si per impossibile diuinum esse personale esset tam formaliter imensum sicut esse essentiale: non minus creatura esset assumptibilis ad tale esse: immo magis: vt videtur. Nam tunc esset intensius esse subsistentie q̃ nunc est: ⁊ perfectius posset esse tam nature proprie q̃ aliene subsistentia. Tum etiam: quia secundum nõnullos theologos esse diuine subsistentie ⁊ persone est formaliter immensum. ¶ Si detur secundum. Contra. Nam omnis quiditas ⁊ forma ex natura sua est comunicabils. ergo quicquid est perfectius formaliter esse quiditatis ⁊ forme est ex se magis comunicabile. ergo sicut quodcunq; esse essentiale increatum est immensum esse: quod dicatur formale: ita immense ex natura sua est comunicabile. ¶ Confirmatur. Nam esse essentiale non est comunicabile ad intra: nisi quia est esse quiditatis ⁊ forme: cui non repugnat comunicabilitas. igitur cum in comunicatione ad extra natura diuina habeat esse quiditatis ⁊ forme: sequitur ꝙ ad extra non repugnat sibi comunicabilitas secũdum ꝙ est quiditas ⁊ forma: sicut nec ad intra. ¶ Septimo principaliter arguitur sic. Si esse essentiale diuinum esset ad extra comunicabile realiter: maior perfectio appareret in deo q̃ si solum ponatur eẽ comunicabile participatiue: sed generaliter deo est attribuendum quicquid plus manifestat diuinam perfectionem. igitur ⁊ cetera. Maior patet. Nam maior comunicabilitas diuina per participationem ad extra: maiorem concludit in deo perfectionem saltem extensiue. Nam communiter ponitur a theologis: ꝙ nullus est maximus gradus participationis diuini esse finitus possibilis. Ergo cum omnis ratio communicabilis diuini esse sit maior ⁊ perfectior q̃ quecunq; communicatio per participationem ⁊ imitationem talem: sequitur ꝙ talis communicatio realis maiorem arguit in deo perfectionem q̃ quecunq; per perticipationem. Ergo si secunda ponitur in deo ratione sue bonitatis communicabilis tanq̃ mod⁹ perfectiõis simpliciter: multo magis alia est ponenda tanquam possibilis. igitur ⁊ cetera. ¶ Octauo arguitur sic. Ceteris paribus perfectior est actiuitas: per quam perfectior gradus communicatur producto termino actionis: sed actiuitas diuina est summe perfecta in tantum: ꝙ cõtradictionem includit intelligi vel cogitari maiorem actiuitatem. ergo non solum essentia diuina est communicabilis participatiue. immo realiter ⁊ in se. et sic habetur intentum. ¶ Confirmatur primo. Nam deus est proportionaliter actiuior quacũq; creatura: sicut est perfectior. ergo per agere diuinum eque proportionabiliter intensius esse: est communicabile creature q̃ per agere creature: in qua proportione deus excedit creaturam: sed hoc non est possibile: nisi per diuinum agere sit communicabile immensum esse. Et tale esse non potest esse: nisi esse diuinum essentiale quod solum formaliter est immensum: ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur secundo. Nam maior actiuitas non solũ concluditur ex actione: immo ex termino actionis. Unde si deus per impossibile esset productiuus solius vniuersi: quod nunc est: ⁊ eque intense vt nũc: actiuitas sua licet esset eque perfecta intensiue vt nunc est: non tamẽ extensiue: non enim tot perfectiones creaturarum virtualiter contineret vt nunc. Nec secundum tot perfectiones essentiales esset communicabilis participatiue ad extra vt nunc. vnde sic arguitur. Si deus esset communicabilis participatiue ad extra secũdum omnem perfectionem essentialem: puta esse vite: sapiẽtie: ⁊ huiusmodi: perfectius esset actiuus ad extra q̃ si precise in esse simpliciter: vel in esse vite: ergo communicatio diuini esse secundum maiorem: vel minorem participationem arguit in deo maiorem vel minorem actiuitatem saltem extẽsiue. Ergo cum realis communicatio diuini esse ad extra sit maior q̃ quecunq̃ talis: sequitur ꝙ maior esset diuina actiuitas intensiue ⁊ extensiue: si concedatur eum ad extra esse communicabilem realiter q̃ si solum participatiue. ¶ Nono principaliter arguitur sic. Si diuina essentia non esset communicabilis realiter ad extra tanquam forma intrinseca: hoc videretur propter hoc: ꝙ tunc sequeretur ipsam esse componibilem ⁊ potentialem: sed hoc non debet mouere: vt probabitur. ergo. ⁊c. Minor ostenditur. Nam sola forma constitutiua habet istas cõditiones annexas scilicet eẽ partem: esse potentialem: esse componibilem: sed non est de ratione forme actuantis ꝙ sit cõstitutiua alicuius tertie entitatis. igitur ⁊c. Minor pro syllogismi ostẽditur per duodecim media. ¶ Primo sic. Quelibet forma cõstitutiua ordinatur ad ipsum cõstitutũ velut ad finem ⁊ subsistentiam talis forme. Sed nulla forma de genere accidentis ordinatur ad aliquod genus entis velut ad finẽ ⁊ subsistẽtiã vltimam nisi ad genus substantie. ergo sola substãtia potest eẽ finis: ⁊ vltima sub-

Utrũ forma actuans constitutiua sit tertia enti.

sistentia cuiuscunqꝫ forme de genere accidentis: sed quodlibet constitutum forma informatiua est subsistentia talis forme ⁊ finis illius. ergo nullus ens: quod non est substantia: potest esse constitutum ex informatione forme accidentalis. igitur vel ex informatione talis forme actualis non est possibile aliquid constitui ⁊ habetur intentum. vel forma accidentalis est constitutiua substantie: quod claudit cõtradictionẽ. ❡ Secundo sic. Quelibet forma de genere accidẽtis est actꝰ alicuius substantie: vt proprie subsistẽtie. ergo si vltra hoc forma concurrit ad constitutionem tertij simul cũ subiecto: sequitur ꝙ tale tertium est subsistentia vtriusqꝫ partis: partes enim sunt in potentia in toto: ⁊ quodam mõ participant esse totius. ❡ Et ex hoc sequuntur vltra duo inconuenientia. Primum est: ꝙ talis forme accidentalis substantia non est vltima subsistentia: sed talis tertia entitas constituta: que non est de genere substantie. Non enim est entitas per se vna. Et ita sequitur: ꝙ substantia non est vltimus finis accidẽ-

Tex.cõ.2. tis. cuius oppositum ponit philosophus septimo ⁊ 12ᵒ

Tex.cõ.2. metaphisice. ❡ Sequitur secundo: ꝙ aliqua entitas non est de genere substantie: ⁊ tamen est finis ipsius substantie: ⁊ propria subsistentia. consequentia patet. Nam totum est subsistentia suarum partium essentialium: partes enim sunt in ipso toto: ⁊ participant quodam modo esse totius. ergo si forma accidentalis est constitutiua: sequitur ꝙ substantia quam informat cõcurrit vt potentia ad talem constitutionem: ⁊ fit partialis entitas constituti. igitur subsistit subsistẽtia constituti. quod erat probandum. ❡ Tertio sic. Talis tertia entitas sit aliquid nouiter productum ex informatione forme accidentalis. igitur sicut est aliquid distinctum in se tam a forma ꝙ̃ a substantia: ita habet propriam quiditatem. ❡ Et per consequens talis forma non dat formaliter esse quale: sed esse quid. falsitas consequẽtis nota est. ❡ Confirmatur. Nam si per talem formam producitur aliquid. igitur talis forma non constituit quale esse: sed quid esse: quoniam non quale: sed quid est per se terminus ẽ talis mutationis. Sed hoc est contra naturam forme accidentalis. albedo enim dat esse album: esse vero album non est aliquid esse: sed est aliquale esse: ⁊ per consequens tale: qđ tu proponis constitutum ex albedine ⁊ subiecto nõ est aliquid nec quid: sed potius quale. ergo ex tali informatione nunquã resultat ista tertia entitas. ❡ Quarto sic. Si ex informatione accidentis aliqua talis entitas constituitur. igitur tale est vnum per se: vel vnum per accidens. Si primum: vel substãtia: vel accidens. Non primũ. nã cũ talis forma vltima constitutiua sit accidens: sequitur ꝙ substantia constituatur formaliter in esse per essentiam accidentis. quod manifeste claudit contradictionem: vt patet. Si secundum. igitur accidens est subsistentia talis forme accidentalis. Sequitur etiam: ꝙ substantia est pars essentialis essentie accidentis: immo sequitur vltra: ꝙ substantia per modum potentie est pars: ⁊ forma accidẽtalis per modum actus ad aliquam per se entitatem concurrens. ❡ Et sequitur vltra cum pars potẽtialis ordinetur ad compositum per se: vt ad entitatem essentialiter perfectiorem: ꝙ aliqua entitas de genere accidentis est perfectior quacunqꝫ substantia: siue vitali: siue non vitali. Fiat enim augmentum de esse resultante ex angelo ⁊ aliquo accidente ipsũ informante. ❡ Si vero detur secundum: ꝙ sit ens per accidens. Contra. Nam si est aliquid in se indistinctum: ⁊ tam a propria materia ꝙ̃ a propria forma distinctum. ergo est proprie ⁊ per se vnum: ⁊ non vnum per accidens. igitur. ❡ Confirmatur. Nam si tale constitutum est aliquid in rerum natura. ergo habet vere esse essentie: quod est sibi essentiale per proprium gradũ essendi. igitur est per se vnũ. ❡ Item. Quare dicitur vnum per accidens: vel quia illud a quo habet formaliter entitatem ⁊ vnitatem est entitas de genere accidentis. vel quia potest esse in re: ⁊ non hr̃e talẽ vnitatem. Non primũ. Quelibet enim forma simplex est entitas per se vna: sicut albedo et huiusmodi: ⁊ tamen habet vnitatem formalem puta esse de genere accidentis. ❡ Confirmatur. Nam secũdum multos quelibet talis forma habet aliquid essentialiter loco materie: ⁊ aliquid loco forme. saltem secũdum veritatem in qualibet tali forma sunt rationes positiue distincte: quarꝫ vna est potentia: reliqua actus. Quelibet etiam talis forma continet formaliter latitudinem intensiuam graduum remissorum. ergo secundum istam potentiam nulla talis forma est entitas per se vna: cum aliquod esse de genere accidentis partialiter ad suum esse cõcurrat. ❡ Si vero detur secundũ. Contra. Nam si ex albedine ⁊ subiecto cõstituitur aliquid tertium: necessario tale tertium corrumpitur ad corruptionem vel separationem albedinis: ita ꝙ albedo exigitur per se: vt eius partialis entitas ad conseruationem totius sicut anima ad esse hominis. Et ideo mirꝫ est quomodo tale dicatur ens per accidẽs: cum tamen ita partes eius constitutiue per se requirantur ad esse eius: ⁊ integrent eius entitatem: ⁊ ad illorum separationem: vel coniunctionem corrumpatur: vel producatur huius entitas: sicut in constituto per se. ❡ Quinto. Si entitati de genere accidentis non repugnet esse actum constitutiuum. igitur sicut infra genus substantie est aliquid per se potentia: aliud vero per se actus: ⁊ aliquid constitutiuum: ita erit in genere accidentis: ⁊ per consequens ex duobus accidentibus potest constitui aliquid per se vnum: sed cõsequens est impossibile. ❡ Sexto. Si sit dãda tertia entitas ⁊c̃. Sequit̃ ꝙ talis est ꝑ se terminus alteratiõis: vel actiõis alteratiue: ⁊ per consequens alteratio est per se productio: cuius oppositum patet ex vi terminorum. Quicquid enim alteratur necessario de non aliqualiter esse ad taliter esse mutatur: ⁊ non de non esse ad esse. Alteratio enim est accidentalis mutatio: ⁊ nõ productio per se. ❡ Septimo. Nullum cõstitutiuum ex aliqua forma est magis perfectum intensiue ꝙ̃ talis forma. Patet. Nam quelibet forma informatiua communicatur subiecto secundum totam latitudinem esse essentialis. ergo non sub remissiori gradu constituit tertiam entitatem ꝙ̃ sit suus gradus essendi. Ergo aliquid per accidens vnũ est tam perfectum essentialiter in sua propria entitate sicut ens per se vnum in latitudine entium: sed hoc est falsum: si imaginemur talia existentia per accidens. ❡ Octauo. Quelibet forma substantialis prius ẽ actꝰ materie ꝙ̃ compositi. ergo stat sine contradictione quamlibet talem formam esse actũ materie: ⁊ nullum ex inde compositum resultare. Antecedens probatur. Nam per hoc compositum constituitur ꝙ materia ⁊ forma vniuntur: ex qua vnione resultat compositum. ergo prius est materiam ⁊ formam vniri formaliter: ac per hoc prius est formam esse actum materie ꝙ̃ cõpositum resultare. ❡ Confirmatur ratio. Nam si aliqua forma est actus duorum in quodam ordine nulla est repugnantia ipsam comunicari priori sine posteriori: sed materia ⁊ compositum sunt distincta: ⁊ materia

est prius naturaliter ꝙ̄ compositum. ergo nulla repugnantia est in re ꝙ̄cunqꝫ formā substantialē comunicari materie absqꝫ hoc: ꝙ comunicet̃ cōposito: sed nō stat cōpositū eē: ⁊ ipsaꝫ nō cōicari cōposito. cū sit for° essentialis cōpositi. ⁋ 9°. Alia est cōicatio forme respectu materie: ⁊ alia respectu cōpositi: secūda enim est cōstitutiua: ⁊ nō prima. ergo alia ē actio ad primā cōicationē: ⁊ alia ad secūdā. ergo stat sine cōtradictione primam actionē eē sine secūda. ⁋ 10. Si oppositū est verū. ergo cū cōicatio forme respectu materie sit prior: sequitur ꝙ cōicatio forme respectu cōpositi est sequela prime communicationis. ergo prima communicatio est ꝑ se: ⁊ secūda per accidens. Cōsequētia probatur. Nam sicut si. a. prius producitur ꝙ̄. b. ⁊ necessario ad productionem. a. sequitur productio. b. a. producitur ꝑ se ⁊. b. tanꝙ̄ sequela ⁊ ꝑ accidēs: sic enim ponit̃ a philosopho ꝙ forma producitur per accidens. Ideo a multis theologis dicitur: ꝙ relatio sit tanꝙ̄ sequela necessario consurgens ex fundamento ⁊ termino. Ita in proposito.

7° meta. tex. co. 27. ⁊. 8. tex. cō. 3.

⁋ 11°. Quia mutatio materie ꝑ actuationē forme est alia a mutatiōe cōpositi: secūda enim est ꝓductio ⁊ nō pria: ⁊ mutatio materie est prior. ergo est absolute possibilis sine secūda. ⁋ 12°. Nam forma ꝑ se ꝓducit̃ ab agente naturali: ⁊ est prius naturaliter ꝙ̄ cōpositū. igitur prius actuat mām̄ ꝙ̄ cōpositū. ꝯña patet. ⁊ antecedens ꝓbat̃.

Utrū forma ꝑ se ꝓducat̃.

⁋ Tū quia agens primū prius ꝓducit formam ꝙ̄ cōpositū. Utrunqꝫ enim ꝑ se ꝓducit: ⁊ primū est pars secūdi. igit̃ prius est primū ꝙ̄ secūdū. Agens etiā nāle cōcurrit cū agente primo tā ad formā ꝙ̄ ad cōpositū: ⁊ reuera vterqꝫ determinatur per agens primum. igitur prius istuit ad illud: ad qđ sic influit primū. ⁋ Tum q̄a forma est causa cōpositi. igitur prior est naturaliter in re extra. ergo prius naturaliter capit esse per agens primū ⁊ secundū. Et per cōsequens pri° educitur de potētia materie ꝙ̄ cōpositū. sic ergo ꝑ illo priore stat ipsam esse actum materie ante esse cōpositi sed ipsa ex se determinatur ad comunicatiōem sui respectu materie compositi. ergo pro illo priori ē actus materie ⁊ non compositi: ⁊ habetur intentū. Sic ergo 12. medijs ꝓbatū ē assumptū in. 9. argumēto ꝑncipali. ⁋ 10°. principaliter arguit sic. Si negaretur possibilitas predicte communicationis diuine essentie ad extra hoc videretur pro tāto: q2 oporteret eam esse informatiuam creature: hoc autem videtur diuine essentie repugnare. Sed istud motiuū non valet. q2 absolute possibile est formā creatā actuare sine informatione. ergo non sequitur si diuina essentia actuet creaturam ꝙ informet eam.

Utrū possibile sit formam absqꝫ informatione actuare.

⁋ Assumptū probatur. 5°. ⁊ primo. Quia alia est comunicatio forme respectu cōpositi ⁊ alia respectu materie: ⁊ aliud agere correspondens sibi: igitur circumscripta comunicatione forme respectu materie potest adhuc forma comunicari composito: ⁊ per consequens forma potest constituere compositum sine informatione materie vel subiecti. ⁋ Secundo. Quia ad compositum sufficiūt vt cause intrinsece materia ⁊ forma: vna vt potētia: reliq̄ vt actus: sed forma circumscripta comunicatione respectu materie adhuc vltra cōicat̃ cōposito: ꝙ̄ deducta causalitate formali: quam habet respectu materie habet aliam respectu cōpositi imediate. ergo tali composito correspondet causalitas materialis. ergo deducta causalitate partiū īter se: ponitur sufficienter causalitas tam formalis ꝙ̄ materialis: secundum quam causatur cōpositum. ⁋ Tertio. Quia forma non ex hoc: ꝙ est actus formalis materie est causa formalis compositi: stat enim primum sine secundo. sed ex hoc ꝙ comunicatur composito. Materia enim non ex hoc: ꝙ materia est in potentia ad esse forme. sed ad esse compositi. ergo per solam comunicationem in composito. deducta vnione componentium inter se: compositum sufficienter capit esse. ⁋ Quarto. Quia forma secūdū quodcunqꝫ esse essentiale: quo comunicat̃ materie. comunicatur etiā composito: ⁊ distincta communicatiōe: aliter enim prima nō esset possibilis sine secunda. ⁋ Quinto. Forma absolute considerata: ⁊ nō vt comunicata materie est causa formalis compositi. ergo ipsaꝫ communicari materie impertinenter se habet. vt causet esse compositi. Cōsequentia patet: sed antecedens probat̃. Nam aliter nō esset verum: ꝙ forma est causa formalis cōpositi: sed formam informare: quod est falsū: sicut enim agens est inmediata causa actionis siue rei acte: ⁊ non agens agere: ita in proposito. Sic ergo dicendum est: ꝙ non solum est absolute possibile formam substantialē esse formam compositi absqꝫ prima informatione materie: sed talis prima informatio materie nō est causa cōstitutionis compositi. Iste sunt rationes Joan. de ripa quibus generaliter probat diuinam essentiā posse vniri creature tanꝙ̄ formam intrinsece actuantem: licet non concedat eam posse comunicari: vt formam constitutiuam compositi: vel iformatiuam subiecti. Et in hoc secundus articulus terminatur.

Quantum ad tertium articulum respōdendū est obiectionibus supradictis. Et iō ad primum dicitur: ꝙ responsio ibidem posita bona ē: nec sua improbatio valet. Non quidem prima: quia supponit esse possibile aliquid esse formam intrinsecā alicuius alterius a seipsa: ⁊ non informare intrinsece: hoc autem est impossibile. Licet enim sit possibile aliquod subsistens esse formam alicuius corporis: puta animam intellectiuam: tamen ꝙ aliquid sit forma intrinseca: hoc est forma realiter actuans: ⁊ non solū forma exemplaris: ⁊ non informet realiter: videtur contradictio. Nā omnis forma distincta a re: cuius est forma. vel est forma: a qua aliquid formatur: vt ē forma quam agit agens: aut est forma: ad quam aliquid formatur: ⁊ ista est forma exēplaris ad quā aspicit agens: aut est forma secundum quā aliquid formatur: ⁊ ista ē forma que vnitur formabili. Et dicit̃ informare: quia intus format comunicando suum esse suo formabili. Et ideo dicere ꝙ diuina essentia sit realiter comunicabilis creature non solum per participationem similitudinis sue: sed vt forma intrinseca: ⁊ quod nō informet: implicat contradictionem: quia omnis forma est exemplaris: vel formans actiue: vel informans intrinsece ex vnione ad materiam vel subiectum. Forma autem intrinseca non potest dici illa: que est exemplaris: vel formans actiue. Hanc autem distinctionem ponit sanctus Tho. de veritate. q. 3. arti. primo. (Forma (inquit) alicuius rei potest dici tripliciter. Uno modo: a qua format̃ res: sicut a forma agētis ꝓcedit formatio effectus. Alio modo dicit̃ forma alicuius secundum quā aliquid formatur: sicut anima est forma hominis: ⁊ figura statue est forma cupri. Tertio modo dr̃ forma alicuius: ad quā aliquid formatur: ⁊ hec est forma exemplaris: ad cuius similitudinē aliquid cōstituitur.) Hec ille. ⁋ Secunda similiter improbatio deficit supponēdo vnū falsum: scilicet ꝙ ex vnione forme ad materiam nō semper resultet cōpositio: vel compositum. Huius enim oppositū verum est tam in formis substantialibus ꝙ̄ accidentalibus. Unde Aristoteles

secūdo de anima particula.7.sic dicit. (Non est ꝑscrutandū vtrum anima ⁊ corpus sint idem: sicut non est ꝑscrutandū hoc in cera ⁊ figura: neq; in ferro: neq; vniuersaliter in materia cuiuslibet: ⁊ in illo qđ habet illaz materiam.) Ubi Cōmentator comento septimo dicit. (Et non est dubitandum quomodo ex forma ⁊ materia fiat vnum compositū: ⁊ ꝙ materia ⁊ sua forma nō sunt duo in actu: sed in potentia tantum: ⁊ qđ aggregatum ex forma ⁊ materia est vnū propter vnitatem forme.) Hec Cōmentator. Simile ponit.8.metaphisice cōmento.16. ¶ Itē sanctus Tho. scđo contra Gentiles c.68. (Ad hoc (inquit) ꝙ aliquid sit forma substantialis alterius duo requirunt̄. Quoꝝ vnum est vt forma sit principium essendi substātialiter ei: cuius est forma principium autē dico non effectiuū: sed formale quo aliquid est: ⁊ denominatur ens. Unde sequitur aliud.s. ꝙ forma ⁊ materia cōueniant in vno esse: quod nō cōuenit de principio effectiuo cum eo: cui dat esse. Et hoc eē ē: in quo subsistit substantia cōposita: que est vna fm̄ esse ex materia ⁊ forma constans. Non autē impeditur substantia intellectualis ꝑ hoc: quod est subsistens eē formale principiū essendi materie. Non est enim incōueniens: qđ idē sit esse: in quo subsistit cōpositum ⁊ forma ipsa: cum compositū nō sit nisi per formā: nec seorsum vtrunq; subsistat.) Hec ille. ¶ Ex quibus habet̄ ꝙ oīs forma substantialis constituit aliquod cōpositū cū suo susceptibili. Secūdo ꝙ oīs talis forma dat tali composito esse simpliciter in actu: ita ꝙ sine tali forma: ⁊ ante aduentū talis forme illa tertia entitas non habebat eē simpliciter in actu. Cum ergo diuina essentia non possit comunicari ꝑ modū forme accidētalis: nec sibi conueniant ꝓprietates forme substātialis: nec cōuenire possint: relinquitur ꝙ nullo modo potest comunicari creature ꝑ modum forme intrinsece. ¶ Ad 2m̄ dicitur ꝙ deus eque perfecta ⁊ inmēsa actione agit ad extra sicut ad intra: quia eadem est actio hic ⁊ ibi: q̄ est ipsa diuina essentia. tamen ex hoc non sequitur: ꝙ ad extra possit illi actioni correspondere aliqđ adequatum in ratione effectus producti: vel termini ꝓductionis: vel actionis formaliter comunicati alicui susceptibili. Nec probationes adducte ad probandum illā consequentiam valent. Non quidem prima. Quia infinitas diuine potentie sufficienter concluditur ex hoc: ꝙ potest aliquid de nihilo creare: q̄uis illud sit finitum: vt ostensum fuit in primo libro. Cōcludit̄ etiā ex parte

di.42.q.1.cō clusiōe quīta

termini actionis ad extra. Quia licet nō possit ꝓducere aliquid īfinitum in actu: nec cōicare formam infinitam ꝑ informationē: tñ quocunq; effectu finito producto potest vltra omnē proportionē producere maiorē. Nec aliquis effectus ab eo ꝓductus est maximus effectus ab eo ꝓducibilis: nec aliquis effectus ꝓducibilis adequat: aut adequare potest potētiā eius. ¶ Itē multi philosophi posuerunt diuinum posse esse formaliter imensum. qui tamen negauerunt aliquod comunicabile a causa efficiēte esse: vel posse esse infinitū in actu. ¶ Itē ꝙ hoc argumētum nō valeat patet. Quia si aliquid concluderet: vtiq; concluderet: ꝙ nō solū ꝑ diuinam actionē potest cōicari essentia diuina ad extra in ratione forme: imo ꝙ actualiter ⁊ de facto diuina essētia cōicatur cuilibet creature illo modo. Quia fm̄ suū modū arguendi. oīs ꝓductio ad extra est inmensa: ⁊ ꝑ talem actionem: vel per omne tale agere comunicat̄ infinitus terminus: q: non maiorem euidentiā habet propositio: quā assumit.s. ꝙ per agere imensum potest comunicari inmensus terminus q̄ illa; quā nos assumimꝰ.s. ꝙ per agere infinitum vel inmēsum comunicatur de facto inmensus terminus. ⁊ eodē modo ꝓbabitur nostra sicut sua. ¶ Ad primā confirmationē ibi factam dicitur: ꝙ prima cōsequentia ibidem facta nō valet. imo potius ex illo antecedente sequit̄ oppositum consequētis: quia ex hoc ꝙ diuinū posse actiuū ad extra est formaliter inmensum tam intensiue q̄ extensiue sequit̄: ꝙ quotcunq; effectibus ꝓductis plures potest producere. nec est maximꝰ numerus: vel maxima multitudo producibilium ab ipso: vel perfectionū comunicabiliū. Sequit̄ etiā ꝙ quātocunq; effectu ꝓducto: adhuc maiorē potest ꝓducere: ⁊ consequenter. ꝙ nihil est maximuz ꝓducibile ad extra: aut formaliter cōicabile ad extra: ac ꝑ hoc nec ipse pōt infinitū actu ꝓducere ad extra: nec infinitā perfectionē formaliter cōicare: ⁊ consequēter nō pōt habere terminū adequatum sue potentie actiue ad extra. ¶ Ad illud vero qđ includit ⁊ adducit ibi.s. vtrum posse generare filiuz sit posse actiuū simpliciter inmensum. licet nō sit directe ad propositū: dicit̄ ꝙ sic ex parte illius: qđ dicit ī recto .s. diuinā potentiā: nō autē ex parte illius: qđ dicit ī obliquo.s. relationē. Potētia eni generandi dicit illa duo: vt habitū fuit ī primo. ¶ Et cū cōtra hoc arguitur de essentiali ⁊ notionali ⁊c. Dicitur ꝙ nec generare filiū: nec posse generare filium est quid pure essentiale: nec quid pure notionale: sed includit vtrunq;. Et ideo licet omne posse ⁊ agere inmensum mere essentiale cōicetur filio: nō tamen omne posse: aut agere inmēsū includēs essentiam ⁊ notionem cōicatur filio: nisi dumtaxat: quo ad illam partē: qua dicit essentiale. Ideo nō sequit̄ ꝙ posse generare filiū: aut generare filiū cōicetur filio. ¶ Ad aliud: qđ ibidē adducit̄ de spiritu scō. patet responsio ꝑ predicta. concedimus enim ꝙ posse diuinū ad extra est formaliter inmensum: sed ex hoc nō sequitur quod ibidem infertur. ¶ Ad secundā cōfirmationē patet responsio per predicta. q: posse generare filiū: est posse formaliter inmensum: quo ad illud qđ dicit in recto: tm̄ enim est dicere potētia generatiua in diuinis: sicut hoc: qđ dico essentia patris. Similiter generare filiū dei est agere formaliter inmensum: quo ad illud: qđ dicit in recto.s. diuinā actionē: non autem quātum ad illud: qđ dicit in obliquo.s. relationē paternitatis. Generare enim diuinū ꝑrium est diuina actio cū tali relatione. ¶ Et tūc cū querit̄. vtrū illud posse generare hꝫ infinitatē. Dico ꝙ illud posse non est iō formaliter inmēsum: q: ꝑ illud cōicat̄ vel ꝓducitur esse formaliter inmēsum. Dato enim ꝙ ꝑ illud posse nūq̄ cōicaretur: nec cōicari posset esse inmensum: adhuc illud posse haberet infinitatē ratione infinitatis actualitatis: in qua fundat̄: sicut potentia spūs sancti est infinita illo modo: infinitas enim ꝓductionis filij nō est causa: nec adequatum signū: nec necessaria sequela in actu: vel in potentia infinitatis potētie: sed quātitas potentie actiue attendit̄ principaliter fm̄ quātitatē actus in quo fundat̄: licet ex cōparatione ad obiecta: in q̄ pōt cōsequat̄ aliquē modū infinitatis. Et hoc ondit clare scūs Tho. de potētia dei.q. prima. arti.2o. vbi (Sciendum (inquit) ꝙ cum actiua sequat̄ actum: quantitas potentie sequitur quantitatē actus. vnūquodq; enim tantum abundat in virtute agēdi: quātum est in actu: deus autem est actus infinitus. et ex hoc patet: ꝙ sua virtus vel potētia actiua est īfinita. ¶ Sed sciēdū ꝙ q̄uis potētia habeat īfinitatē ex eēntia: tñ ex hoc ipso ꝙ cōparat̄ ad ea: quoꝝ est principiū: recipit quendam modū īfinitatis: quē essentia nō habet. Nā in obiectis

dis.20.in pb. conclusionis

potentie

potētie quedā inueniᷣ multitudo. Nam in actione in-
uenitur quedā intensio ꝭm efficatiā agendi: ⁊ sic pōt
potētie actiue attribui quedā infinitas ꝭm ꝯformitatē
ad infinitatē quātitatis cōtinue vel discrete. Discrete
quidē ꝭm ꝙ quātitas potentie attendiᷣ in multa: vel
pauca obiecta posse: ⁊ hec vocaᷣ quantitas extensiua.
Cōtinue vero ꝭm ꝙ quātitas potētie attendiᷣ in hoc
ꝙ intense vel remisse agit: ⁊ hec vocaᷣ quātitas inten-
siua. Prima aūt quātitas ꝯuenit potētie respectu obie
ctoꝝ. Scđa vero respectu actionis. Istoꝝ eniȝ duoruȝ
potētia actiua est ṗncipiū. Utroqȝ aūt mō diuina po
tentia est infinita. Nā nūꝗ̄ tot effectus facit: quin plu-
res facere possit: nec vnꝗ̄ ita intense opatur: quin intē-
sius operari possit. Intensio aūt in diuina operatione
nō est attendenda scđm ꝙ opatio est in opante: qꝛ sic
semper est infinita: cū opatio dei sit diuina essentia: sȝ
attendenda est ꝭm ꝙ attingit effectū: sic enim quedā
mouenᷣ a deo efficatius: ⁊ quedā minus efficaciter.)
Hec ille. ¶ Ex quibus pȝ illud: qđ supra dicebaᷣ. s. ꝙ
infinitas potentie actiue attendiᷣ ꝭm infinitatē sue ra
dicis. s. essentie vel actus: in quo fundaᷣ: ⁊ ꝭm ꝙ pōt in
infinita obiecta nō quidē infinita in actu: sȝ in potētia
per successionē: vel ꝭm ꝙ pōt intēsius ⁊ intensius opa
ri. Nec opȝ ad infinitatē potētie ꝙ possit in effectum
actu infinitū: vel in cōicationem termini formalr infi-
niti vt arguens credit: ⁊ q̄si ꝑ se euidēs assumit. ¶ Ul
terius pro alijs: q̄ arguens adducit: dᷣ primo: ꝙ diuinū
gnāre est infinitū mō supius expsso: nō qꝛ ꝑ illud ꝓdu
catur esse diuinū in abstracto: sȝ qꝛ ꝑ illud ꝓduciᷣ ens
⁊ existens diuinū ⁊ deus: ⁊ qꝛ formalis terminus illius
actionis ⁊ ꝓductiōis est dīna eēntia: ⁊ dīuū esse ⁊ omis
diuina ꝑfectio. ¶ Scđo dᷣ ꝙ non est de rōne termi-
ni formalis ꝓductiōis: ꝙ ille terminus ꝓducaᷣ ꝑ illā:
sufficit eniȝ ꝙ per illā cōiceᷣ alicui vere ꝓducto: sicut
pȝ in resuscitatōe lazari: ⁊ in mutuatiōe: ⁊ augmētatio
ne corꝑis hūani: vt patuit in ꝑcedēnti. q. ¶ Tertio dᷣ
ꝙ falsum est: ⁊ errori imo heresi ꝓximū: ꝙ filius nō ꝓ
ducaᷣ in esse diuinitatis: sȝ solū in esse relatiuo. Qđ pȝ:
qꝛ fides nō solū ponit: ꝙ pater genuit filiū: imo ꝙ deꝰ
genuit deū. Et in simbolo diciᷣ. Deū de deo: lumen de
lumine ⁊c. Tum qꝛ relatio inquātū hmōi nō est prin-
cipiū: nec terminus ꝓductionis potissime generatiōis
subalis. ⁊ de hoc satis dictū fuit i ṗmo sen. ¶ Quarto
dᷣ ꝙ falsum est ꝙ per nullū agere diuinum cōicatur
diuina essentia ad intra: sed per solam viaȝ cōicatiōis.
Hoc enim iplicat cōtradictionē: qꝛ vt dicit scūs Tho.
de potētia dei. q. z. ar. i. Agere nil aliud ē ꝗ̄ cōicare id:
ꝑ qđ agēs est in actu. Uñ sic dicit ibidē. (Nā cuiuslȝ
actus est: ꝙ seipsuȝ cōicet quātū possibile est. Uñ vnū
qđqȝ agens agit ꝭȝ ꝙ est in actu. Agere vero nihil aliđ
est ꝗ̄ cōicare id: per qđ agēs est in actu ꝭm ꝙ est possi-
bile. Nā autē diuina maxie ⁊ purissime actus est. Uñ
⁊ ipsa seipsam cōicat quātū possibile est: cōicat autem
seipsaȝ ꝑ solā sui silitudinē ꝺ creaturis. Qđ oībꝰ pȝ. Nā
quelibet creatura est ens ꝭm silitudinē ad ipsaȝ. Sed
fides catholica ēt aliuȝ modū cōicationis ipsius ponit
ꝓut ipsa cōicaᷣ quasi cōicatione naturali: vt sicut ille
cui cōicatur hūanitas est hō: ita ille cui cōicaᷣ dīnitas
nō solū sit deo similis: sed vere sit deus. Opȝ aūt circa
Natura diuina a formis mālibus differt i duobꝰ.
hoc aduertere: ꝙ nā diuina a formis mālibus in duo-
bus differt. Primo qdē ꝑ hoc: ꝙ forme māles nō sūt
subsistentes. Uñ humanitas in hoie nō est idē qđ hō
ipse: q subsistit. Diuinitas aūt est idē qđ deus. Uñ ipsa
natura diuina est subsistens. Aliud est ꝙ nulla forma:
vel natura creata est suū esse: sed ipsum esse diuinū est

eius natura ⁊ qdditas. Et inde est ꝙ ꝓpriū nomē ipsiꝰ
est: qui est: vt pȝ Exo. 3. qꝛ sic nominaᷣ a ꝓpria forma
sua. Forma igitur in istis inferioribus qꝛ nō ꝑ se subsi-
stit: opȝ ꝙ in eo: cui cōicatur: sit aliqd: ꝑ qđ forma vel
nā subsistentiam recipiat. Et hec est materia que sub-
sistit formis ⁊ naturis materialibꝰ. Qꝛ vero nā mālis
nō est suum esse: opȝ ꝙ accipiat esse ꝑ hoc: qđ in alio su
scipiᷣ. Uñ ꝭm ꝙ in diuersis est: de necessitate hȝ diuer
sum esse. Uñ humanitas nō est vna in sorte ⁊ in plato-
ne ꝭm esse: ꝗ̄uis sit vna ꝭm ꝓpriā rationē. In cōicatio
ne vero: qua natura diuina cōicatur: qꝛ ipsa est ꝑ se sub
sistens: nō requiriᷣ aliquid materiale: per qđ subsisten-
tiā recipiat. Unde nō recipitur in aliquo quasi in mā:
vt sic genitus ex materia ⁊ forma inueniaᷣ cōpositus.
Et iterum quia ipsa essentia est suum esse non accipit
esse per supposita: in quibus est: vñ ꝑ vnum ⁊ idem esse
est in cōicante: ⁊ in eo cui cōicatur: ⁊ sic manet eadem
ꝭm numerū in vtroqȝ.) Hec ille. ¶ Et multis inter-
positis sic cōcludit. (Quia vero de diuinis loqmur ꝭȝ
modū nostruȝ: quem intellectus noster capit ex rebus
inferioribus: ex quibus scientiā sumit: ideo sicut in re-
bus inferioribus cuicūqȝ attribuitur actio: attribuitur
aliqđ actionis principium: qđ potentia nominatur: ita
⁊ in diuinis: quāuis in deo nō sit differentia potētie ⁊
actionis: sicut est in rebus creatis. Et ꝓpter hoc gene-
ratione in deo posita: que per modum actionis signaᷣ
opȝ ibi concedere potentiam generādi: vel potentiam
generatiuā.) Hec ille. ¶ Ex quibus pȝ: ꝙ vaᵐ est dice
re: ꝙ pater cōicat diuinā essentiā: ⁊ nō per aliquod age
re: vel ꝙ actus notionales nō sint cōicationes diuine
essentie. ¶ Quinto dᷣ ꝙ falsuȝ est: ꝙ arguēs dicit. s. ꝙ
omne posse diuinū actiuū sit ad extra: ⁊ nullū ad intra:
sicē pȝ ex ꝑdictis. ¶ Sexto dᷣ ꝙ falsuȝ est: qđ deꝰ agat
vel possit agere ad extra secunduȝ vltimū sui posse: vel
quantum intense pōt loquēdo de intensione actionis
diuine nō ꝓut inē agenti: sed ꝓut attingit passum vel
terminū: vt predictuȝ fuit: qꝛ nulla creatura capax est
imensi influxus diuini imense: sicut nec deus pōt crea
re maximū creabile a se: qꝛ nullum tale est: aut eē pōt.
¶ Ad 3ᵐ principale negatur assumptum ꝓ illa parte
qua dᷣ: vt forma intrinseca. Licet enim diuinitas sit
vnita aīe christi: ⁊ carni: ⁊ humanitati: nō tñ ꝑ modum
forme actuantis formaliter. Et ad ꝓbationē dico: ꝙ lȝ
plenitudo diuinitatis: ⁊ ipsa natura dīna sint vnita hu-
manitati christi: q̄ quidē diuinitas est forma: ⁊ qđ qdē
esse diuinum est esse formale: nō tñ sequitur ꝙ sit sibi
vnita per modū forme: vel actus ad potentiā: vt osten-
dit scūs Tho. 3. parte. q. z. arti. i. vt supra sepius fuit re- dis. 5. q. i. ad
citatū in alijs distinctionibus: ⁊ in ar. i. huius qōnis: sȝ 3ᵐ. 3. ṗᵃᵐ di.
per quē modū diuinitas sit vnita hūanitati ondit scūs ṗᵃ. ad ṗᵐ cō
Tho. ibidē in solutiōe. z. sic dicēs. (Ex anima ⁊ corꝑe tra. 4ᵃᵐ.
cōstituitur in vno quoqȝ nostrū duplex vnitas ⁊c.) vt
alias fuit recitatū. ¶ Itē 4° ꝯtra gētiles. c. 41. sic ait.
(Quis hec vnio ꝑfecte ab hoie nō valeat explicari: tñ
ꝭm modū ⁊ facultatē nostrā cōabimur aliquid dicere
ad edificationē fidei: vt circa misteriū incarnationis
fides catholica ab infidelibus defendatur. In omnibꝰ
autē rebus creatis nihil inueniᷣ huic vnioni tam sile
sicut est vnio aīe ad corpus. Et maior esset silitudo: vt
ēt dicit Augu. cōtra Felicianū: si esset vnus intellectus Cōmentator
in oībus hoībus: vt qdam posuerunt: ꝭm quos oporte 3°. de anima
ret dicere ꝙ intellectus ꝑexistens hoc mō deᷣ nouo cō cō. 5.
ceptui hoīs vniatur: vt ex vtroqȝ fiat vna ꝑsona: sicut
ponimus verbū ꝑexistens humane nāe in vnā ꝑsonā
vniri. Uñ ⁊ ꝑꝑ hanc similitudinem vtriusqȝ vnionis

Athanasius dicit in simbolo: q̄ sicut aīa rationalis ⁊ caro vnus est hō: ita deus ⁊ hō vnus est xp̄s. Sȝ cum aīa rōnalis vniatur corpi ⁊ sicut mãe ⁊ sicut instrumē/to: nō pōt esse silitudo quãtũ ad p̄mũ moduȝ vnionis.

Cōparatur nã hũana xp̄i ad deũ sicut instrumentũ cōiunctũ: vt man⁹ ad aiam.

Sic enim ex deo ⁊ homine fieret vna nã: cũ mã ⁊ forma ꝓprie constituant nãm spēi. relinquit̄ g̃ vt attendatur silitudo ſm q̄ anima vnitur corpi vt instr̄o. Ad qō ēt antiquoꝝ doctorũ dicta cōcordant: q̄ humanaȝ nãm in xp̄o qōdã organũ diuinitatis posuerũt: sicut ēt corpus ponitur organuȝ aīe. Aliter eniȝ est organũ aīe corpus ⁊ eius ptes: ⁊ aliter instrumenta exteriora. Hec enim dolabra nō est ꝓpriũ instr̄m aīe: sicut hec man⁹. Per dolabrã eni multi pñt operari: sed hec manus ad ꝓpriam opationē aīe deputatur: ꝓpter qō manus est ꝓprium organũ vnitum. Dolabra aũt est instrumētũ exterius ⁊ cōmune. sic igitur ⁊ in vnione dei ⁊ hominis ↄsiderandũ est. Oēs enim hoīes cōpant̄ ad deũ vt q̄/dam instrumēta: q̄bus coopatur. Ipse eniȝ est q̄ opat̄ in nobis velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona voluntate ſm aplm: phil. z. sed alij hoīes cōparant̄ ad deũ quasi instr̄a extrinseca ⁊ sepata. Mouētur eni a deo nō ad opationes ꝓprias sibi tm̄: sȝ ad opatiōes cōmunes oi nãe rōnali: vt est intelligere v̄itatē: diligere bona: opari iusta. Sed humana nã in xp̄o assūpta est vt instrumentaliter opetur ea: que sunt opationes ꝓprie soli deo: sicut est mundare pc̄ã: illuminare mentes ꝑ grãm: ⁊ introducere in ꝑfectionē vite eterne. Cōpatur igitur nã hũana xp̄i ad deũ sicut instrumentũ ꝓpriũ ⁊ cōiunctũ: vt man⁹ ad aiam. Nec discrepat a reꝝ nãliũ ↄsuetudine: q̄ aliq̄d sit ꝓpriũ instr̄m alicuius: qō tñ nō est forma ipsi⁹.

3. de aïa. t. c. quarti. t. 5.

Nam lingua ꝓut est instr̄m locutiōis est ꝓpriũ organum intellectus: quod tñ ꝓut ph̄s ꝓbat: nulli⁹ corporis est actus: nec alicuius partis corporis. Silr̄ iuenit̄ aliqō instr̄m: qō ad nãm spēi nō pertinet. et tñ ex parte mãe cōpetit huic indiuiduo vt gen⁹: digit⁹: vel aliq̄d hmōi. Nihil igit̄ ꝓhibet hō mō ponere vnionē hũane nãe ad verbuȝ: quasi hũana nã sit quasi instr̄m v̄bi nō separatum: sȝ ↄiunctũ. Nec tñ humana nã ad nãm verbi ꝑtinet: nec v̄bũ est eius forma: ꝑtinet tñ ad eius ꝑsonam. Predicta tñ exempla nō sic posita sunt: vt oimoda similitudo in his sit regrenda. Intelligendũ est eni verbuȝ dei multo sublimius ⁊ intimi⁹ hũane nãe potuisse vniri q̄ȝ aīa cuilibet ꝓprio instrumēto: p̄cipue cũ toti humane nãe mediãte intellectu ↄiunctum dicat̄. Et lȝ verbũ dei sua virtute penetret oia: vtpote oia ↄseruãs ⁊ portãs: creaturis tñ intellectualibus: q̄ ꝓprio v̄bo dei perfrui pñt ⁊ eius ꝑticipes eē: ex quadã silitudinis affinitate eminētius ⁊ ineffabilius pōt vniri.) Hec ille in forma. Dico igit̄: q̄ lȝ ois essentialis ꝑfectio diuina sit vnita hũanitati xp̄i: nō tñ vt forma. Immo cuȝ sic arguitur. Diuina forma ē vnita hũanitati xp̄i. g̃ ē vnita sibi formalr̄. ↄña nulla est. Nō enim opȝ q̄ cuicunqȝ vnit̄ aliqua forma: q̄ vniat̄ sibi formaliter: vl̄ per moduȝ forme. Qō pȝ. Nã aīa rōnalis est q̄dã forma: ⁊ vnitur multis accidentibus: puta h̄itibus: ⁊ actibus ⁊ potētijs: ⁊ cōstat q̄ nō ꝑ modũ forme: imo potius ꝑ modũ subiecti. Silr̄ aīa rōnalis vnit̄ diuinitati: ⁊ tñ nō ꝑ modũ forme. Est ergo in tali mō arguendi fallacia figure dictionis: arguēdo a re ad modũ rei. ¶ Itē scūs Tho. de veritate. q. 29. arti. p̄. ad. 10. sic dicit. (Anie xp̄i erat vnita plenitudo omnis boni ex ipsa ꝑsonali v̄bi vnione: nō tñ formaliter: sed personalr̄. Et ideo indigebat informari ꝑ grãm.) Hec ille. ¶ Ita dico in ꝓposito: q̄ sapiã ⁊ essentia diuina erant ei vnita ꝑsonaliter: nō formaliter. ¶ Ad p̄mã ↄfirmationē dr̄: q̄ stat ista p̄ma ↄña iam negata. Esse formale diuinũ est vnitũ humanitati xp̄i. ergo est sibi vnitũ per modũ forme actuantis: vel ꝑ modũ quo actus vnitur actuabili. Cuius nullitas patet in multis exemplis: presertim in vnione animali ad corpus assumptũ: ⁊ ī vnione aīe ad sua actiua. Sicut enim vita diuina in triduo erat vnita corpori christi in sepulcro: nec tñ corpus xp̄i viuebat formalr̄ ꝑ vitaȝ diuinã: q̄ nō erat sibi vnita ꝑ modũ forme: sic nec eē diuinũ actuat hũanitatē xp̄i formalr̄ ⁊ ꝑ se primo: lȝ sit sibi realiter vnitũ. ¶ Ad scd̄aȝ ↄfirmationē dr̄: q̄ natura humana est vnita verbo in esse ꝑsone: nō aũt in esse diuinitatis: ad hũc sensuȝ q̄ hũana natura sic vnita est v̄bo vt supponitaret̄ ꝑ illud: nō aũt vt ipsa fiat deus: vel diuinitas: aut cōstituat vnã naturã cum diuinitate: vel actuetur diuinitate quasi forma: aut q̄ vniatur diuinitati quasi p̄mario termino vnionis. Et negat̄ tũc vltimior ↄña: qua infert̄. ergo ex tali vniōe nō redditur hō deus. Nec valet ꝓbatio: q̄ imaginat̄ q̄ ideo ille hō dicat̄ deus: q̄ humanitas ex vnione ad diuinitatē vel ꝓprietatem diuinã denoīet̄ deus: vel deificata: sicut anima ex cōiunctione ad sapientiaȝ dr̄ formaliter sapiens: que imaginatio falsa est ⁊ errori ꝓxima. Sed ideo illa ꝑsona dr̄ deus ⁊ homo: q̄ idem suppositũ est vnitũ duabus naturis: vni quidem ꝑ realem identitatē cũ ea. s. cum natura diuina: alteri vero trahendo eam ad suum esse ꝑsonale. Nō ergo ideo hō dicitur deus: q̄ humanitas denoīetur deus ex vnione ad verbum: sed q̄ v̄bũ diuinũ: qō est deus denominatur: ⁊ v̄aciter est hō ex vnione ad humanitatē. ¶ Iteȝ ↄcesso q̄ hũana nã sit v̄bo vnita in ēe diuinitatis: ⁊ in eē ꝑsone illo mō: q̄ vtrũqȝ dȝ ↄcedi: nihil ē ad ꝓpositũ: q̄ tota illa deductio stat in illa falsa ↄsequētia: in qua stabat cōfirmatio prima. ¶ Ad 3^am cōfirmationeȝ dr̄: q̄ auctoritas Hugonis soluit se ipsam: nã Hugo nō aliud intendit illis verbis nisi q̄ anima christi vnita est personaliter diuinitati ⁊ sapie ⁊ v̄itati diuine ac ceteris diuinis perfectionibus. Nō aũt q̄ ipsa vniatur diuine sapientie ꝑ modũ: quo potētia vnitur actui: vel formale sue forme. Unde iuxta modum loquēdi sancti Tho. de vnitate. q. 29. superius allegati sapiētia diuina vniebatur ⁊ vnitur sibi personaliter: nō autem formaliter. Si tñ Hugo intelligat de vnione formali: negandum est in hac parte: sicut ⁊ in multis alijs: vtputa cum dicitur filium dei in triduo fuisse hominem. Uerum de vnione sapientie increate ad animaȝ christi domino concedente alias prolixior erit sermo. ¶ Ad quartum principale dico: q̄ esse diuinum personale cōmunicari alicui create nature potest dupliciter itelligi. Uno modo vt natura creata: cui tale eē dicitur cōmunicari: sit formaliter ⁊ proprie existens ꝑ illud esse: ⁊ sic esse diuine persone vel eius subsistentia non est plus cōmunicabile alicui creature q̄ȝ esse lapidis sit cōmunicabile deo sic: vt deus formaliter existat per esse lapidis. Alio modo potest intelligi illa cōmunicatio vt natura: cui tale esse dicitur cōmunicari: habeat aliquam vnionem: aut habitudinē ad illud esse. Isto modo: quia vnitur realiter ei: qō subsistit in illo esse: ⁊ per illud est formaliter sicut si cecus a natiuitate nouiter acciperet oculuȝ miraculose: illi nouo oculo cōmunicaretur esse antiquuȝ illius hominis. non q̄ ille occulus per tale esse formaliter ⁊ primo existeret: q̄ existere soli rei subsistenti ꝓprie cōuenit: sȝ q̄ vniret̄ homini: q̄ subsistit formalr̄ ꝑ illud esse. Ita in ꝓposito nãe humane v̄bo vnite cōicatur esse personale: vel subsistentia diuine persone: quia scȝ vnitur persone diuine: que per illam subsistentiam

infra dis. 14. cōclōne p^a.

subsistit

subsistit: nec humana nã hꝫ aliã subsistentiã ab illa diuina. Uñ dr̃ trahi ad esse diuine persone: ꝛ ad eius subsistentiã. s. q2 nã humana in xp̃o nõ hꝫ ꝓpriã subsistẽtiam: sed vnitur alteri subsistẽti. Sꝫ de hoc latior erit sermo in sequenti distinctione deo cõcedẽte. ¶ Ad 5m pncipale pꝫ per idẽ. Nã nulla nã creata est in potentia ad hoc: ꝙ sit formaliter ꝑ esse diuinũ essentiale aut ꝑsonale saltẽ pmo ꝛ per se: est tñ in potẽtia obediẽtiali: vt trahat̃ ad illud esse mõ quo dictũ est: q2 talis tract9 nõ fit per vnionẽ formalẽ ad aliqd diuinũ: sꝫ solũ per vnionẽ personalẽ. Ad cõfirmationẽ pꝫ ꝑ ideꝫ. ¶ Et si dicatur: ꝙ sancti dicunt: ꝙ vnio est facta in ꝑsona: non aũt in nã: ꝛ sic vr̃ ꝙ aliter vniatur nãe humane esse ꝑsonale ꝙ̃ esse essentiale. Dico ꝙ ꝑ illa verba scõ ꝛ doctores nõ aliud intendũt sꝫ ꝙ ponit scũs Tho. 3°. sen. di. i. q. z. ar. i. ad 4m ꝛ di. 5. q. i. ar. z. nisi ꝙ ex illa vnione nõ est facta vna nã ꝯflata ex duab9: imo remãserunt due nãe ĩꝑmixte: sꝫ ex illa vnione factũ ẽ: ꝙ vnica ꝑsona: ꝛ nõ due subsistit in diuinitate ꝛ hũanitate: ita ꝙ post illã vnionẽ remãserunt due distincte nãe: non aũt due distincte ꝑsone. ¶ Itẽ ꝑ illa verba designatur: ꝙ hũana nã nõ est pmo ꝛ imediate vnita diuine essentie: sed diuine persone. Qd̃ aũt in diuinis nõ debeat poni duplex esse ponit scũs Tho. de potentia dei. q. z. ar. z. vbi sic dicit. (Nõ est (inquit) concedẽdũ: ꝙ aliqd̃ absolutum in diuinis multiplicetur sicut quidaꝫ dicũt: ꝙ in diuinis est duplex esse essentiale. s. ꝛ ꝑsonale. Omne. n. esse in diuinis eẽntiale est: nec ꝑsona est nisi ꝑ esse eẽntie.) Hec ille in forma. ¶ Ad 6m dr̃: ꝙ repugnat creature esse formalr̃ ꝑ esse infinitũ potissime pmo ꝛ ꝑ se ꝛ sine tractu ad aliud: ꝛ similr̃ repugnat diuino eẽ: ꝙ sit actus potẽtie create formaliter actuãs: q2 repugnat ei cõponi ꝛ esse perfectũ ꝛ excedi: ꝛ multa que ꝯsequunt̃ formã vnibilẽ materie: ꝛ actum vnibilem potẽtie formaliter actuando eam. Et ad improbationes ibidem factas. Dico ad primã vt prius: ꝙ natura humana nõ subsistit subsistẽtia increata ꝑsonali: nec existit formaliter per esse ꝑsonale plusꝙ̃ per esse essentiale: lꝫ vniat̃ vterqꝫ illoꝝ esse: si debeat dici duplex esse. Ad scd̃am dicitur: ꝙ nulla forma subsistens ꝑ modum nature cõplete proprie est cõmunicabilis alteri a se: nec plurib9 suppositis absolutis: ꝛ in esse absoluto distinctis. Unde sanctus Tho. prima pte. q. i3. arti. 9. sic dicit. (Forme q̃ nõ indiuiduantur per aliqd̃ suppositum: sed ꝑ se ipsas: q2. s. sunt forme subsistentes: si intelligerentur sꝫ ꝙ sũt in se ipsis nõ possunt cõmunicari nec re nec ratione: sꝫ forte ꝑ similitudinẽ tñ: sicut nec nomen diuinũ est cõmunicabile nisi sm̃ similitudinẽ: sicut aliqs metaphorice dicitur achilles inquãtũ habet aliquid de ꝓprietatibus achillis.) Hec ille. ¶ Et vlterius concesso ꝙ natura diuina sit cõmunicabilis alicui vel aliquibus suppositis: nõ sequitur ꝙ sit cõmunicabilis supposito creato ꝑ modum informationis. Inimo sic arguendo est fallacia ꝯsequẽtis arguẽdo a superiori ad inferius affirmatiue sine distributiue. Ipsa enim cõicatur tribus ꝑsonis diuinis ꝑ viam identificationis ꝛ predicationis: ꝛ nõ per viã informationis. ¶ Ad 7m principale negatur maior. Naꝫ oĩs forma cõicabilis alteri a se formaliter ꝛ actuatiue: puta alicui materie vel potẽtie est cõponibilis: vt ostendit scũs Tho. pmo cõtra Gen. c. z7. sicut recitatuꝫ est in. i. arti. Ex quo pꝫ: ꝙ similitudo: quã adducit arguens nõ valet. s. de cõicatione per essentiam: ꝛ de cõmunicatione ꝑ participationẽ: q2 z° dicit perfectionẽ in illo: qd̃ est illo mõ cõmunicabile. arguit enim effectiuitatẽ eius: ꝛ perfectã actualitateꝫ: prima autẽ dicit imperfectionẽ: vt ostendit scũs Tho. prima parte. q. 57. articu. i. ad tertium in simili ꝓposito sic dicẽs. (Uiuificare effectiue simpliciter ꝑfectiõis ẽ: vñ ꝛ deo cõuenit scd̃m illud. Dñs mortificat ꝛ viuificat: sed viuificare formaliter est substãtie: que est pars alicuius nature: ꝛ nõ habentis in se integram naturam speciei: vñ substãtia intellectualis: q̃ nõ est vnita corꝑi est perfectior ꝙ̃ ea: q̃ est corpori vnita.) Hec ille. ¶ Et a simili dr̃: ꝙ illud: qd̃ põt se cõicare alteri per participationẽ sue similitudinis arguitur ex hoc esse ꝑfectuꝫ: q2 illa cõmunicatio est effectiua: sed illud qd̃ põt cõicari alteri formaliter: eo facto arguit̃ esse imperfectuꝫ in nã. ¶ Ad 8m dr̃: ꝙ perfectio actiuitatis: lꝫ attendatur vno mõ penes ꝑfectionẽ termini ꝓducti vel cõicati ꝑ actionem: cuius talis actiuitas est pncipiũ: tñ nõ sic ꝙ quanta est actiuitas pncipij actionis: tantus sit aut eẽ possit terminus cõmunicabilis ꝑ ei9 actionẽ: vt arguẽs putat. Hoc enim nõ est veꝝ. Nã sol nõ posset cõmunicare alicui ꝓducto: vel alicui susceptiuo ꝑfectionẽ eẽntialem equalem sue ꝑfectioni: sed sufficit ꝙ quãto est maior actiuitas vnius agẽtis actiuitate alterius: tanto possit cõmunicare maiorẽ perfectionẽ: ꝛ ꝙ vbi est infinita actiuitas: possit cõmunicari infinita ꝑfectio: nõ quidem infinita in actu: sed in potẽtia. s. ꝙ data quacũqꝫ ꝑfectione cõicata ꝑ actionẽ talis agentis: adhuc possit per eã cõicari maior. Et sic ẽ in ꝓposito. Et cum supra dicit arguens: ꝙ si deus nõ haberet terminũ adequatũ sue actiuitati ad extra: tũc deus nõ hẽret vltimum sui posse formaliter: ꝛ sic nõ esset infinitus intrinsece. Dico ꝙ est dare vltimũ diuinũ posse ꝛ diuinuꝫ agere ex parte agentis: nõ aũt est dare vltimũ illius agere ex pte acti: q2 ꝑ illud infinitũ agere põt agi maior vel minor effectus sine vltimo vel maximo agibili. ¶ Ad cõfirmationẽ dico: ꝙ stat in vna falsa ꝯña: q̃ talis est in virtute. Deus est actiuior oĩ creatura. g̃ per diuinuꝫ agere est cõmunicabilis ꝑfectio excedẽs omnẽ ꝑfectionem cõmunicabilẽ ꝑ agere creature in tanta ꝓportione: in quanta deus excedit creaturã. Que ꝯsequẽtia nõ valꝫ: q2 eodẽ mõ ꝓbaret̃: ꝙ deus posset ꝓducere ad extra alium deũ: vel aliquẽ effectũ equalẽ sibi: q2 arguã sic. Deus est actiuior oĩ creatura possibili. ergo deus põt agere ꝛ ꝓducere ad extra: seu aliqd causare excedens omne ꝓducibile a creatura quacũqꝫ quãtitate de9 excedit omnẽ creaturã possibilem. Illud autẽ constat ꝙ esset deus. et ideo argumentum est sophisma. Dico g̃ ad argumentum suũ: ꝙ lꝫ deus sit in infinitũ actiuior omni creatura possibili: nõ tñ opꝫ ꝙ possit cõmunicare aliquid infinitum excedens omnem possibileꝫ creaturam: sed sufficit ꝙ nulla creatura possibilis possit in infinitũ sincategoreumatice ꝓducere effectus maiores: ꝛ minores sine statu: qd̃ deus põt. Et ꝙ sicut solus deus est infinitus in actu: ita ipse solus possit infinitũ in potẽtia in ꝑfectione ꝓducere: ꝛ aliqd de nichilo creare. Credo enĩ ꝙ nulla creatura facta vel factibilis posset ꝓducere effectũ maiorẽ angelo: imo nec angelũ aut aĩam rõnalẽ: aut materiã primã. Et hoc sufficit ad infinitatẽ potẽtie dei cõicatiue: aut ꝓductiue ad extra. ¶ Ad z^am confirmationẽ dico: ꝙ diuina actiuitas arguit̃ infinita ex infinitate termini actionis in potentia: mõ predicto. s. q2 tantã ꝑfectionem potest cõmunicare ꝑ suam actionẽ ꝛ maiorem in duplo ꝛ triplo: ꝛ sic sine statu iste ꝓcessus est infinitus in potentia: nec opꝫ ꝙ cõicet ad extra aliqd infinitum in actu ꝑ moduꝫ forme. Cum autem dicit ibidẽ: ꝙ realis cõicatio diuini eẽ ad extra maior esset ꝙ̃ cõmunicatio per participationẽ ꝛc. Dico ꝙ sicut

Non est concedẽdũ ꝙ in diuinis sit duplex eẽ. s. eẽntiale ꝛ ꝑsonale.

modū copulati ⁊ cōstituti ex duobꝰ predicamentis. si/
cut simuz ⁊ pater: ⁊ simile: ⁊ oīa concreta accidentium.
Secūdo modo per modū vniꝰ ꝑdicamēti alteri copu
lati sicut simitas copulatur naso: ⁊ ꝑdicamētū relatio/
nis terminis: qui sunt alterius predicamenti. In ꝓmo
sensu maior est vera: qꝛ sic includens duo ꝑdicamenta
est ens per accidens: sicut simū. sed minor est falsa: qꝛ
virtus nō sic includit duo predicamēta. In secūdo aūt
sensu maior est falsa. nā simitas esset ens per accidens
⁊ oīs respectus: ⁊ sic nō esset in ꝑdicamēto. in hoc autē
sensu minor est vera. Et cū dr̄: ꝙ nō minus videtur eē
ens per accidēs qd̓ includit vnū ꝑdicamētuz in recto
⁊ aliud in obliq̄: q̄ꝫ si icluderet vtrūqꝫ in recto: oīo siꝫ
est: qꝛ tūc diceret ꝯstitutū ex duobꝰ: nūc autē dicit pre
cise vnū predicamētuz: q̄uis nō precisum: sed predica
mentū alteri copulatū. et hanc copulationē exprimit
habitudo in obliquo.) Hec ille ⁊ bene. ¶ Ad scđm di
cit: ꝙ procedit ab isufficiēti: nō eniꝫ eēntia virtutis cō
sistit in absoluto ꝑcise: nec totaliter: nec particulariter:
imo nec aliquo modo: sed ꝯsistit in absoluto copulato
respectui. Quāuis eniꝫ essentia virtutis sit absolutum
pure: est eniꝫ absolutū ⁊ nihil plus: nō tn̄ est absolutuꝫ
purū: sed copulatū est. Exēpluꝫ. Simitas enim est q̄li/
tas pure ⁊ precise: non tamē pura ⁊ precisa: imo copula
ta cū substātia ⁊ cū naso. ⁊ sic ꝯmittit̄ in hac forma ar/
guendi fallacia figure dictiōis mutādo qualiter in q̄/
lem: ⁊ fallacia ꝯn̄tis arguēdo ab isufficiēti. ¶ Et cum
cōcluditur ꝙ respectꝰ partialr̄ ꝑtinet: ⁊ icluditur in eēn
tia virtutis. ¶ Dicēdum ꝙ nullo modo est pars essen
tie: sed terminus copulatus sicut nec subiectū est pars
qualitatis copulate. nō eniꝫ nasus est pars eēntie simi/
tatis: sed terminus copulatus. Per hoc pꝫ q̄uo prima
spēs qualitatis: ⁊ tertia differūt per essentiā: q̄uis ideꝫ
absolutū reperiri possit in vtraqꝫ: vt albedo est eēntia
prime spēi: sed essentia copulata respectui similitudis
est scđe: sꝫ eēntia tertie spēi est precisa ⁊ non copulata.
Constat autē ꝙ eēntia copulata ⁊ nō copulata diuerse
sunt: ⁊ alteriꝰ rōnis: ⁊ diuersoꝝ modoꝝ: vnde Simpli/
cius dicit cap de qualitate in fine: ꝙ possibile est ideꝫ
referre ad aliud predicamētum reducētibus nobis sin
gula: vel ad diuersitates significatoꝝ: vel ad differētiā
cōceptuū: vel diuerso charactere: ⁊ per ideꝫ pꝫ: ꝙ virtꝰ
⁊ vitiuꝫ differunt per essentiā: qꝛ essentia virtutis ē co/
pulata respectui cōgruētie: sed vitij respectui icōgruē
tie. Impoīe est auteꝫ ꝙ essentie copulate cōtrarijs sint
eadē essentia: imo cōtrarie: nec valꝫ hec forma arguen
di: albedo est pulchritudo dentis: ⁊ turpitudo pupille:
⁊ est eadē per essentiā. ergo idē per essentiā est pulchri/
tudo ⁊ turpitudo. maior eniꝫ est falsa si accipiat̄ albe/
do per se prescindēdo respectuꝫ: sed si accipiat̄ copula/
ta: tunc est vera: sed minor tūc est falsa. s. ꝙ albedo co/
pulata cōgruētie: ⁊ copulata incōgruētie inquantū co/
pulata est sub esse copulato sit eadē eēntia: vnde magi
pōt oppositū cōcludi sic arguēdo: albedo nō inquātū
albedo: sed inq̄tū albedo copulata respectui ꝯgruētie
est pulchritudo dētis: albedo nō inq̄tū albedo: sꝫ inq̄
tū copulata respectui icōgruētie est turpitudo pupille:
sed vt isti ⁊ illi copulata nō est eadē eēntia: q̄uis inq̄/
tū albedo sit eadē. igit̄ pulchritudo ⁊ turpitudo nunq̄
sunt ideꝫ. ꝓbatur minor: qꝛ eē copulatū huic: ⁊ esse co/
pulatū illi: nō est idē copulatū esse. ergo eēntia copula/
ta illi: ⁊ huic nō est eadē copulata essentia per locū a cō
iugatis. Ex quo pꝫ: ꝙ idem absolutū ſm suā rōneꝫ ab/
solutaꝫ specificā est virtus in vno: ⁊ vitiū in alio: cuius


oppositū assumebatur: imo ſm suā specificā rōnē nec
est virtus: nec vitiū: nec in ꝓma spē qualitatis: sed in tri
bus. Scđm autē ꝙ copulatur huic vel illi respectui est
virtus vel vitiū: vt sic autē accidit ꝙ sit talis rō absolu
ta specifica vel talis: qꝛ quecūq̄ sit: dū tamē isti respe/
ctui copuletur: vitiū erit: si vero alteri erit virtꝰ. Hec il
le. ¶ Et q̄dem satis bene ſm rem: sed logica sua non
videtur multū valere. Nā cum dicit: ꝙ hec forma ar/
guendi nō valꝫ: albedo est pulchritudo dētis: ⁊ turpitu
do pupille: ⁊ h̄ albedo est eadē per essentiā. igitur ideꝫ
per eēntiā est pulchritudo ⁊ turpitudo: ꝓcul dubio for
ma arguēdi valꝫ demōstrata eadē albedine in nume/
ro ad cōcludendū: ꝙ idem numero est pulchritudo et
turpitudo: vel si in premissis nō demōstretur idem nu
mero: sed idē spē forma illa valꝫ ad concludēdū: ꝙ ea/
dem eēntia specifica est turpitudo ⁊ pulchritudo. Nec
valꝫ illa suppletio vel additio: quā facit in cōclusione:
qꝛ hoc est arguere ex quattuor terminis. In cōclusione
enim nō debꝫ poni nisi qd̓ positum fuit in premissis: sꝫ
ad illaꝫ formā potest dici: ꝙ nūq̄ maior ⁊ minor sunt
simul vere: licꝫ forte successiue si sit sermo de eadē al/
bedine in numero: ⁊ ideo nec pōt cōcludi: ꝙ eodē tem
pore eadeꝫ albedo sit pulchritudo ⁊ turpitudo: forte tn̄
successiue posset cōcedi. ¶ Ad tertiū dicit: ꝙ esse copu
latuꝫ respectui: vel esse sub respectu: vel actu fundare
respectū pōt itelligi addere vltra id: qd̓ copulat̄: vl' qd̓
est sub respectu: vel actu fundat respectuꝫ aliquid me/
dians ſm rem vel ſm rōnem iter absolutū ⁊ respectū
vel aliquē terminū extrinsecū. s. illud: cui copulat̄. Si
primū intelligatur falsum est: ⁊ ꝓcessus in infinitum.
Si vero scđm: verū est exēplum de simitate esse copu
latū. ergo dicetur adesse ⁊ abesse ei: qd̓ copulat̄ per so/
lum adesse ⁊ abesse respectꝰ: cui copulatur nō ꝙ sit ali
quod mediū: qd̓ habeat adesse vel abesse. He ꝓpositio
nes autē sub hoc: ⁊ cum hoc: ⁊ hec oratio actu fundare
nō exprimūt precisuꝫ fundamētū: nec ipsuꝫ tantū fun
datuꝫ: nec mediū: sꝫ fundamētū itrinsece. Et respectū
per modū termini ⁊ extrinseci.; ⁊ cū additur in minori
ꝙ illud est ens per accidēs: qd̓ icludit aliqua duo: quo/
rum vnum potest adesse alteri ⁊ abesse ⁊c. Uerum est
si includat per modum cuiusdam tertij compositi ex
ipsis sicut simum: si vero vnū per modum copulati: ⁊
alterum per modū termini: cui copulatur: nō est verū:
nisi totū ꝑdicamētuꝫ relōnis sit ens per accidēs: ⁊ ma/
sculinitas ⁊ feminitas ⁊ oēs qualitates copulate. Hec
ille ⁊ bene. ¶ Ad quartuꝫ dicit: ꝙ respectus congruē
tie potest cōparari vel ad absolutū virtutis. verbi gra/
tia ad albedinem ipsam: vt albedo est: ⁊ sic se habet vt
passio: ⁊ est in ea fundamentaliter ⁊ subiectiue: vel ad
ipsam rationem virtutis: que consistit in esse copulato
vtpote ad rationem pulchritudinis: ⁊ sic respectus nō
est passio: sed est aliquid essentie nō per moduꝫ partis
sed per modum termini: sicut in relatiōe terminus est
aliquid relationis: ⁊ nasus aliquid simitatis. Secūduꝫ
hoc ergo non oportet: ꝙ possit intelligi virtus: aut fieri
sine illo respectui: imo impossibile est. ¶ Et cum vlte/
rius probatur: ꝙ sit differētia virtutis essentialis: quia
differt a vitio solo respectu: ⁊ per ista solum variatur ⁊
acquiritur. ¶ Dr̄ ꝙ aliquid potest considerari vel di/
stingui per aliud dupliciter. Primo modo tanq̄ per
intrinsecum ⁊ formale: vt homo per rationale. Alio
modo tanquaꝫ per extrinsecum ⁊ terminum: vt simi/
tas per nasum: relatio per terminū: habitus per actus
⁊ actus per obiectuꝫ. Nunc ad ꝓpositum virtus distin
guitur a vitio: ⁊ variatur ⁊ acquiritur extrinsece per re/

spectum tanq̃ per terminum: intrinsece autem distin-
guitur per copulationem ad ipsum. Unde albedo nõ
est formaliter pulchritudo: nec differt intrinsece a tur
pitudine intrinsece per cõgruentiã: sed per copulatio-
nem ad ipsam: sicut cõcauitas nasi: que est simitas dif-
fert a cõcauitate vel curuitate cruris: que est rictus nõ
per nasum: sed per copulationem ad ipsuꝫ. ¶ Cũ vero
additur: ꝙ illud est purus respectus: vel constitutũ ex
absoluto ⁊ respectu: qđ variatur facta sola variatione
in respectu extrĩseco absoluto. ¶ Dicitᷣ ꝙ obmittitur
tertiuꝫ membrũ. s. ꝙ vel est respectus: vel copulatum
ex absoluto ⁊ respectu: vel absolutum copulatuꝫ respe
ctui. Hec ille et bene nisi ꝙ melius diceretur: ꝙ co-
pulatio absoluti ad respectum est quoddam esse dere-
lictum in absoluto ex respectu. ¶ Ad quintuꝫ dicit: ꝙ
album nõ significat subiectum in obliquo: ⁊ qualitatẽ
in recto: quia nũq̃ predicaretur de subiecto. Unde si-
cut hec nõ est v̄a. nasus est simitas: sic nec esset hec ve-
ra: corpus est album: sed diceretur albũ corporis: sicut
simitas nasi: significat ergo constitutum ex subiecto et
accidente: sed actu ⁊ determiate clauditur in suo signi
ficato accidens. s. albedo. Subiectum vero in poten-
tia ⁊ indeterminate: quia nõ determinatur quid sit il-
lud album: an. s. lapis: vel homo: vel aliquid aliud. Et
quia qđ actu ⁊ determinate significatur principaliter
significatur: est enim ratio ꝙ illud significetur: qđ in
potentia ⁊ indeterminate significatur: sicut album est
quodcunq̃: cui inest albedo: idcirco Cõmentator dicit
In p̄sētis ca. de sub̄a. quīto metaphy. ꝙ album significat primo quidem ac
cidens. secundo subiectum. Simil'r ⁊ ph̄us intelligit
hoc cum dicit: ꝙ album solam qualitatem significat.
qđ vtiq̃ veruꝫ est determinate ⁊ in actu. Hec ille ⁊ be
ne. ¶ Ad sextum dicit: ꝙ iustitia ⁊ amicitia sunt qua-
litates copulate respectibus. Unde Augustinus dicit
in suis cathegorijs: ꝙ iustitie iniustitia contraria est.
Et sequitur ꝙ iustitia qualitas est: iniustitia igitᷣ qua-
litas erit. Hec ille. ¶ Dicuntur autem magis ad alte-
rum q̃ alie: quia copulãtur alicui respectui: cui nõ alie.
Nam cetere virtutes sunt copulate respectui cõgruẽ-
tie: ⁊ debiti ad hominem in se: amicitia vero ⁊ iustitia
respectui debiti vnius hominis in ordine ad alterum.
Est ergo amicitia virtus ad alteruꝫ: temperantia ad se
ꝓpter istam rationẽ. Hec ille: ⁊ bene. ¶ Ad septimuꝫ
dicit: ꝙ absolutuꝫ vt sub respectu: vel vt copulatuꝫ: re-
spectui est vltra absolutuꝫ aliquid: qđ se habet nõ per
moduꝫ partis: sed per modum termini: nec ꝓpter hoc
est aliquid vnum copulatum ex vtroq̃: exẽpluꝫ. respe-
ctus cum termino est aliquid vltra precisaꝫ realitatẽ
respectus ⁊ nõ nihil: est enim aliquid non partiale: sed
terminans. Hec ille ⁊ bene. ¶ Ad octauuꝫ dicendum
inquit: ꝙ cum significare sit intellectum constituere
Tex. 5. primo perhiarmen. oportet loqui de significato ꝓpor
tionaliter intellectioni. Nunc autem simitas concipitᷣ
eodem actu intellectus simplici cadẽte simul super cõ
cauitatem ⁊ nasum: sed tamen cadit super concauita-
tem modo principali ⁊ ratione: sed super nasuꝫ modo
termini ⁊ oblique: ⁊ ideo dicitur cointelligi referendo
cointellectum nõ ad intellectionem: sed ad obiectum.
Nam referendo ad intellectioneꝫ nõ cointelligitur: ſꝫ
intelligitur: cum sit eadem intellectio. Similiter etiaꝫ
de significatione. nam eadem significatione vox illa
que est simitas: significat concauitateꝫ ⁊ nasum: sed nõ
eodem modo ⁊ eodẽ ordine ex parte significati. Pro-
pter qđ dicitur nasus cõsignari per moduꝫ termini: cõ
cauitas vero significari per moduꝫ principalis ⁊ recti.

¶ Cũ igitur queritur: an significet respectuꝫ: sicut du
plum significat dimidiũ: vel sicut duplũ dimidiũ signi-
ficat dimidiũ. ¶ Dicẽdum ꝙ nomen ⁊ oratio idem si-
gnificant ſm ph̄m 7°. metaphy. ⁊ 4°. sed tamen aliter Tex. cõ. 13.
⁊ aliter: quia oratio explicite: nomẽ iplicite. Simitas Tex. cõ. 18.
ergo implicite dicit nasum: sed cõcauitas nasi dicit ex-
plicite. et ideo nõ est nugatio vt dicit Cõmentator 7°.
metaphy. cõmento. 18. Ait enim ꝙ hoc nomẽ simitas
nõ significat nasum nisi ſm continentiã. Et ideo cum
dicitur aperte simitas nasi nõ sequitur impossibile. s.
nugatio. et hoc modo virtus significat respectuꝫ. Hec
ille ⁊ bene. ¶ Ad nonuꝫ sic dicit: duplex est genus re-
spectus. s. pricipij actiui vel passiui: cui copulatur qua
litas de secũda specie: que dicitur potentia: ⁊ respectus
congruentie ⁊ incõgruentie: cui copulantur qualitates
de prima specie: que dicũtur habitus: ⁊ habent hoc sin-
gulare in ordine ad sua fundamẽta: ꝙ ipsis fundamẽ-
ta copulantur: quibus vt sic copulatis ꝓpria nomina
imponũtur. et hoc ꝓpter duo. ¶ Primo quidem: quia
qualitates copulate talibus respectibus denominant
⁊ qualificant substantia sua quodam speciali modo: ⁊
alterius rationis q̃ alie. s. ſm bene ⁊ male: potens esse
vel impotens: qđ nullo modo competit eisdem quali-
tatibus nõ copulate sumptis: nec etiaꝫ respectibus pu-
ris. Non enim qualificãt vel referunt: vñ albedo qua-
lificat dentem: ⁊ reddit eum pulchrum inquantuꝫ est
id qđ congruit. Pupillã auteꝫ turpẽ inq̃tuꝫ nõ ꝯgruit:
⁊ tñ absolute sumpta nõ denominat. ¶ Secundo ve-
ro: quia respectus huiusmodi in ratiõe finis quodam
modo sunt priores fundamentis. Qualitates eniꝫ ille
habent pro fine naturam: cui ꝓportionãtur: ⁊ pro cuiꝰ
decentia sunt ingeniate quantũ ad primaꝫ specieꝫ: vel
actum secũdum ⁊ operationeꝫ quantuꝫ ad secundam
specieꝫ potentie ⁊ impotentie naturalis. Hec ille ⁊ be-
ne: nisi ꝙ respectuꝫ: qui est de ratione virtutis: dicit eẽ
solam congruentiaꝫ ad naturam: qđ nõ est vsq̃quaq̃
verum: nisi loquamur de solis habitibus ⁊ virtutibus
corporalibus. ¶ Ad 10m sic dicit. Si inquit respectꝰ cõ
gruentie est extra intellectuꝫ in actu cõpleto: vt dicunt
multi: tunc ratio nõ concludit. Si vero nõ: sed est vlti-
mata necessitas extra intellectum ad huiusmodi habi-
tudinem: quã intellectꝰ reducit in actuꝫ: tunc ratio vir
tutis est copulata respectui congruẽtie nõ ſm actũ: sed
ſm vltimatã necessitatem ad actum. Unde virtus est
absolutum sub respectu: vel vt fundans respectũ non
ſm actum completuꝫ: sed ſm vltimatã necessitatem.
Hec auteꝫ vltimata necessitas est in deo nõ imediate:
⁊ vt fundamẽtum: sed potius vt terminus. Exempluꝫ
Circũscripto omni actu intellectus deus est exemplar
quia ratio exemplaris importat diuinaꝫ essentiam co-
pulataꝫ respectui nõ ſm actum: quia hec relatio est pu
re rationis: sed ſm vltimataꝫ rationis necessitateꝫ: nõ
quidem per moduꝫ fundamenti: sed termini imitabi-
litatis creature. Hec ille. ¶ Et satis cõformiter dictis
sancti Tho. de veritate. q. 4. articu. 5°. in solutione pri-
mi: vbi distinguit duplex genus respectuum. Quidam
nãq̃ dicuntur actuales: ⁊ quidam habituales. (Et di-
citur (inq̄t) respectꝰ habitualis: qui nõ req̄rit creaturã
eẽ sil' in actu. et tales sunt oẽs respectꝰ: q ꝯsequuntᷣ actꝰ
anime: quia voluntas ⁊ intellectus potest esse etiaꝫ de
eo: qđ non est actu existens.) Hec ille. ¶ Et exempli-
ficat de respectu importato in hoc nomine verbuꝫ: qđ
importat ab eterno respectum ad creaturas. Potest
igitur dici ꝙ cum hec nomina dicta de deo. s. virtus ⁊
potẽtia iportẽt respectũ ad actũ vel effectũ: siue existat
siue nõ:

sive nō: talis respectus entis ad nō ens non potest esse realis: aut actualis: sed rōnis et habitualis. ¶ Et cū dicit arguēs: q tota ratio virtutis est extra intellectū etc. ¶ Dicitur q verū est quantū ad id qd īportat principaliter et in recto. nō autem quantum ad illud qd dicit secundario i vel obliquo. De hoc sanctus Tho. de veritate vbi supra sic dicit. (In relatiuis nominibus inuenimus: q quedam nomina imponūtur ad significandum ipsos respectus: sicut hoc nomē similitudo: quedam vero ad significandū aliquid: ad qd sequitur respectus: sicut hoc nomen scientia imponitur ad significandum quandā qualitatem: quā sequitur quidā respectus. Contingit autē vt aliqua res absoluta ad plura possit habere respectū. et inde est q nomen illud qd imponitur ad significandū aliquid absolutū: ad qd sequitur respectus: potest ad plura relatiue dici. sm qd scientia dicitur inquantum est scientia relatiue ad scibile: sed inquantum est accidens quoddā vel forma refertur ad scientem.) Hec ille. ¶ Item tertio sententiarū distinctiōe. 33. qōne pma articulo scdo questiūcula qrta ad quartū sic dicit. (Quāuis finis vltimus nō faciat identitatem speciei: facit tamē diuersitatem sicut generis diuersitas facit diuersitatē in specie. Tamen sciendū q relatio actualis ad finem remotū nō facit predictam differentiā: sed originalis relatio ad ipsū: scz. s. q ex diuersitate finis fit diuersa proportio in actu et habitu.) Hec ille. ¶ Ad argumentum vero pro parte. q. negatiua respondit sanctus Tho. prima secunde. q. 49. articulo 4°. in solutione secūdi: vbi sic dicit. (Potentia quandoq se habet ad multa. Et ideo opz q aliquo alio determinetur. Si vero sit aliqua potentia: que nō se habeat ad multa: nō idiget habitu determinātē. Et ppter hoc vires naturales nō agūt actiones suas mediantibus aliquibus habitib9: quia sm se ipsas sunt ad vnū determiate.) Hec ille. ¶ Et hec de qōne sufficiāt. De q bndict9 de9. Amē. Dis. XXIIII.

¶ Utrū fides sit virtus a deo infusa. Qō. vnica.



Irca 24am distinctionē tertij sententiarum queritur. Utrū fides sit virtus infusa a deo. Et arguitur q nō. Quia perfectior est virtus infusa q acquisita: sed fides acquisita ppter suā imperfectionē nō ponitur inter virtutes intellectuales acquisitas: vt patet p phm. 6° ethicorum. ergo multo minus pōt poni vt9 īfusa.

In oppositum arguit sic. Quia dicit Eph. scdo. Gratia estis saluati per fidē: et nō ex vobis: ne quis glorieē: dei enim donū est.

In hac questione erunt tres articuli. In primo ponentur cōclusiones. In scdo obiectiones. In tertio solutiones.

Quantum ad primū articulū sit prima cōclusio. Fides est virtus. Hāc ponit sanctus Tho. secūda secunde. q. quarta articulo 5°. vbi sic dicit. (Uirtus humana est per quā actus human9 redditur bonus. Unde quicūq habitus est per se pricipiū boni actus: potest dici virtus humana: sed talis habit9 est fides formata. Cum enim credere sit actus intellectus assentiētis vero ex imperio voluntatis: ad hoc q iste actus sit perfectus duo requirūtur: quorū vnū est vt ifallibiliter intellectus intēdat in suū bonum: qd est verū. Aliud autem est vt infallibiliter ordinetur in vltimum finem: ppter quem voluntas assentit vero. Et vtrūq inuenitur in actu fidei formate. Nam ex ratione ipsius fidei: est q intellectus semper feratur in verū quia fidei nō potest subesse falsum. Ex charitate autē sm qd format fidem habet anima: q infallibiliter ordinetur voluntas in bonum. et ideo fides formata est virtus. Fides autem informis nō est virtus: quia et si habeat perfectionē debitam actus fidei informis ex parte intellectus nō habet perfectionem debitā ex parte voluntatis. Sicut etiam si temperātia esset in cōcupiscibili: et prudētia nō esset in rationali: temperātia non esset virtus: quia ad actū temperātie requiritur et act9 rationis: et actus concupiscibilis sicut ad actū fidei requiritur et actus intellectus: et actus voluntatis.) Hec ille. ¶ Ex quibus potest sic argui. Omnis habitus qui semper est principiū boni actus humani est virtus: sz fides formata est huiusmodi. igitur etc. ¶ Secūda cōclusio. Fides formata et etiā informis infunditur homini a deo. Hanc pbat sanctus Tho. secūda secunde qōne 6° articulo pmo: vbi sic dicit. (Ad fidē duo requiruntur: quorum vnum est vt homini credibilia pponātur. hoc enim requiritur ad hoc q aliquid explicite credat. Aliud autem qd requiritur ad fidem est assensus credētis ad ea: que proponuntur. ¶ Quantum igitur ad primū hoc necesse est q fides sit a deo. Ea enim que sunt fidei: excedunt rationē humanā: vnde nō cadunt in contēplatione hominis nisi deo reuelāte Sed quibusdā quedā reuelātur īmediate a deo: sicut sunt reuelata apostolis et pphetis: quibusdam autem pponūtur a deo mittente fidei predicatores sm illud Roma. 10. Quomodo pdicabūt nisi mittant. ¶ Quantum vero ad scdm. s. assensum hominis in ea: que sunt fidei: potest considerari duplex causa. Una quidē exterius inducens sicut miraculum visum: vel persuasio hominis inducentis ad fidem. quorum neutrum est sufficiens causa. Uidentium enim vnum et idē miraculum: et audientium eandem predicationem quidā credunt: et quidam non credunt. Et ideo oportet ponere aliam causam interiorem: que mouet hominem interius ad assentiendum his: que sunt fidei. Hanc autem causam Pelagiani ponebant solum liberum arbitrium hominis. Et propter hoc dicebant: q initium fidei est ex nobis: inquantum scilicet ex nobis est q parati sumus ad assentiendum his: que sunt fidei: sed cōfirmatio fidei est a deo: per quā nobis pponūtur ea que credere debemus. Sed hoc est falsum: quia cum homo assentiēdo his: que sunt fidei: eleuetur supra naturam suā: oportet q hoc insit ei ex supernaturali pncipio interius mouēte: qd est deus. Et ideo fides quantum ad assensū: qui est principalis act9 fidei: est a deo interius mouente per gratiam.) Hec ille. ¶ Ex quib9 potest formari talis ratio. Ille habitus infunditur homini a deo: per cuius act9 homo eleuatur supra naturam suam: sed fides est huiusmodi. igitur etc. ¶ Tertia conclusio. Nullus homo pertinaciter aliquem articulum fidei discredens habet habitū fidei infuse. Hāc ponit sanctus Tho. secunda secunde qōne 5° articulo tertio: vbi sic dicit. (Hereticus qui discredit vnum articulum fidei: nō habet habitū fidei neq formate: neq informis. Cuius ratio est: quia species cuiuslibz habitus dependet ex formali ratione obiecti: qua sublata species habitus remanere nō potest. Formale autē fidei obiectum est veritas prima sm q manifestatur in scripturis sacris et doctrina ecclesie: que procedit ex veritate prima. Unde quicūq nō inheret sicut infallibili et diuine regule doctrine ecclesie: que procedit ex veritate prima in scripturis sacris manifestata: ille nō hz habitū fidei: sed ea que sunt fidei alio modo tenet q

per fidem: sicut si aliquis teneat mente aliquam cōclusionem nō cognoscens mediū demonstrationis illius manifestū est ꝙ nō habꝫ scientiam illius: sed opinionem solum. Manifestuꝫ est aūt ꝙ ille: qui inheret doctrine ecclesie tāꝗ infallibili regule omnib⁹ assentit: q̄ ecclesia docet: alioqui si de his: que ecclesia docet: que vult tenet: ⁊ que vult nō tenet: nō īheret doctrine ecclesie: sicut infallibili regule: sed ꝓprie volūtati. Et sic manifestuꝫ est: ꝙ hereticus qui pertinaciter discredit vnū articulū: nō est paratus sequi in omnib⁹ doctrinam ecclesie. si enim non pertinaciter: iam non est hereticus: sed errās. Unde manifestū est ꝙ talis hereticus circa vnuꝫ articulū nō habet fideꝫ de alijs articulis: sed opinionem quādam ſm ꝓpriam volūtatem. Hec ille.

¶ Ex quibus potest formari talis ratio. Nul'us nō inherens doctrine ecclesie sicut infallibili regule habet habitum fidei: sed quilibet hereticus est huiusmodi. igitur ⁊c.

¶ Quarta cōclusio. Fides est vna virtus ⁊ nō multe: ⁊ vnus habitus ⁊ nō multi specie distincti. Hanc ꝓbat sanct⁹ Tho. 2ª 2ᵉ. q. 4. artic. 6. vbi sic dicit. ¶ Si fides sumatur ꝓ habitu dupliciter potest cōsiderari. Uno modo ex pte obiecti: ⁊ sic est vna fides: obiectum enim formale fidei est veritas prima: cui inherēdo credimus quecūꝗ sub fide cōtinentur. Alio modo ex pte subiecti: ⁊ sic fides diuersificat̄ ſm qđ est diuersoruꝫ. Manifestū est autē ꝙ fides sicut ⁊ quilibet ali⁹ habitus ex formali ratione obiecti habꝫ speciē: sed ex subiecto indiuiduatur. Et ideo si fides sumatur pro habitu: quo credimus: sic fides est vna specie: ⁊ differens numero in diuersis. Si vero sumatur pro eo qđ creditur: sic est vna fides: q2 idem est qđ ab omnib⁹ creditur ⁊ si sint diuersa credibilia: que cōiter omnes credunt: tamē oīa reducūtur ad vnum. Hec ille. ¶ Ex quib⁹ potest formari talis ratio. Ille habitus virtutis est vn⁹ ⁊ nō plures: qui hꝫ vnuꝫ obiectū formale ⁊ nō plura: fides est hō. igitur. Et in hoc prim⁹ articulus terminatur.

Quantum ad scđm articulū arguitur cōtra cōclusiones. Et quidē cōtra primā arguit Durādus ꝓbando: ꝙ fides quātumcūꝗ formata charitate nō sit virtus ꝓprie loquendo de virtute: pro vt virtus dicitur habitus ponens potentiaꝫ in vltimo perfectionis debite suo actui. sic enim virtus est vltimuꝫ de potētia. Arguit igitur sic. Omnis virtus ꝓprie dicta perficiens intellectum perficit ipsum ad conspiciendum obiectuꝫ in se: vel per resolutionem ad id: qđ in se cōspicit: in hoc enim consistit efficacia actus intelligendi: quā ponit virtus circa potentiaꝫ intellectiuaꝫ: sed fides nō perficit intellectū ad cōspiciendum obiectum in se: vel per resolutionē ad illud: qđ in se conspicit. ergo nō est proprie ⁊ simpliciter loquendo virtus.

Cōtra Duran. dist. 23. q. 6. ar. p.

¶ Scđo ꝓbat ꝙ fides nō est magis vt⁹ charitate pñte vł exñte in volūtate ꝗ̄ nō exñte. Q2 habit⁹ q nō elicit perfectiorē actum nō est perfectior: sed fides nō elicit perfectioreꝫ actū charitate existente in volūtate ꝗ̄ nō existente: quia actus ei⁹: qui est assentire vero supernaturali: nō est perfectior quantum ad aliquid: qđ pertineat ad cognitioneꝫ veri: que mere pertinet ad intellectum: queꝫ perficit fides: licꝫ sit perfectior quantuꝫ ad rationē meriti: que est perfectio extrinseca: cum pertineat ad charitatem: que perficit voluntatē. ergo fides nō est magis vel min⁹ virtus charitate existente in voluntate ꝗ̄ nō existente.

Utrum fides charitate i intellectu exñte sit magis virt⁹ ꝗ̄ non exñte.

¶ Item tertio arguit: ꝙ nō est simile de fide ⁊ charitate sicut de prudentia ⁊ virtute morali: quia prudentia nō potest acquiri sine virtute morali: nec moralis virt⁹ sine prudentia: ⁊ quia vtraꝗ acquiritur ex actibus: ideo actus vtriusꝗ recipit perfectionem ex sibi adiuncto: ita ꝙ impossibile est actum prudentie esse perfectuꝫ: nisi virtus moralis sit in appetitu: nec actum virtutis moralis esse perfectū: nisi prudentia sit in intellectu. Fides autē nō dependet a charitate: nec quantū ad habitum cum sit prior ordine nature: nec in actu recipit aliquaꝫ perfectionē a charitate Et ideo potest habere equaliter rationē virtutis charitate nō existēte in voluntate: sicut existente. Quāuis .n. voluntas inclinet intellectum ad credendū: nō tamen opꝫ ꝙ ipsa sit informata charitate. Hec ille in forma.

Utrū sic sit d fide ⁊ charitate: sicut de prudentia et virtute morali

¶ Contra secundā conclusionē arguit Scotus ꝓbādo ꝙ preter acquisitam nō requiratur alia infusa. Primo. Quia in prio cui articuli fūt reuelati sufficit fides acqsita: vt firmiter eis adhereat vt ī Paulo. ergo alijs posterioribus sufficit fides acquisita: vt firmiter credant oīa credenda: q2 Augustinus super illud ps. Suscipiant montes pacem populo ⁊c. vult ꝙ inferiores illuminētur per superiores: ⁊ nō magis illuminantur ꝗ̄ superiores illos illuminātes. Patet ergo cōsequētia: sꝫ antecedens ꝓbatur. Ex puris naturalibus includendo habitū acquisitum potest aliquis assentire omnib⁹ assertis ⁊ reuelatis ab aliquo: quia ex puris naturalib⁹ assentire potest illū esse veracem: qui talia asserit ⁊ reuelat: sed ex puris naturalib⁹ scit hoc ⁊ assentit: ꝙ de⁹ est verax magis ꝗ̄ omnes homines: ⁊ hoc scire ⁊ assentire potuit Paulus. ergo fide acquisita ex puris naturalib⁹ potest quis firmiter assentire omnib⁹ reuelatis a deo ⁊ per consequens quilibet alius. Nō ergo preter fidem acquisitaꝫ requiritur necessario ꝓpter assensuꝫ alia fides.

Cōtra scōm Sco. dis. 23. q. i.

¶ Secundo. Quia quāuis aliqua scientia ꝓpter suam difficultatem: quam includit: vt geometria vel alia nō possit sciri ab homine ꝓpria inuentione: ⁊ in lumine suo naturali: tamē postꝗ̄ inuenta est ⁊ ordinate tradita potest homo ex puris naturalibus acquirere ⁊ scire eam. ergo eodem modo ꝗ̄uis nullus naturali lumine intellectus possit propria inquisitione venire ad notitiā illius. deus est trinus ⁊ vnus: tamē postꝗ̄ reuelatum est alicui: potest alius ex dictis illius: cui reuelatuꝫ est: illi firmiter adherere fide acquisita.

Sco. vbi. s. sic dicit certū est q i nobis est fides acqsita: q2 iō credo canōi: q2 credo dactu ti eccle auctorizātis illā. Ex quo seqꝫ corelarie ꝙ nō oꝫ ponere fidē īfusā. Ꝑ ille. Deīn ponit duos modos q̄bō possit poni fides infusa: ⁊ arguit ꝯ vtrūꝗ nec solum ꝯ q rū vnū sit argumētū hic recitata. Deīde ꝯcludit dicēs ꝑꝑ auctē scripture ⁊ sāctoꝝ oꝫ ponere fidē īfusā: vt sit act⁹ ītē sior ⁊ certior assensus: q2 nō est totale a voluntate. Hec ille.

¶ Tertio Quia si fides infusa ponitur: illa erit certior acquisita quia aliter frustra poneretur: sed ꝙ sit minus certa ꝓbatur. Quia cōclusio est minus certa ꝗ̄ principium. ex quo tota certitudo cōclusionis est a certitudine principij: sed huic: deus est trinus ⁊ vnus: assentio fide īfusa si ponitur: quia hoc reuelatū ē a deo: sed hoc esse reuelatum a deo credo: quia Joānes dixit hoc sibi esse reuelatum: vel alius apostolus: sed si audiuissem eum dixisse hoc sibi reuelatuꝫ esse: credidissem sibi fide acquisita: credēdo ipsum esse veraceꝫ: ⁊ nihil falsum velle asserere. ergo ⁊ modo credo illi. s. deum esse trinum ⁊ vnum: reuelatuꝫ esse apostolo fide acquisita ex auditu scripturarum: vel ex hoc ꝙ lego scripturā. ergo tota firmitas quā modo ponis in fide est a fide acqsita. ergo non est ponēda fides infusa. Hec Scotus.

¶ Arguit etiā Aureolus probādo ꝙ fides infusa nō requiritur ꝓpter supernaturalitateꝫ obiecti fidei. Quia supernaturalitas illius obiecti vel intelligitur per indifferentiam ad verum ⁊ falsum ita ꝙ obiectū fidei sit tale: qđ non apparet vtrum sit verum vel falsum: sicut vtrum arene maris sint pares: aut impares: vel intelligitur per repugnātiam ad apparentiā: sicut ꝙ deus sit trinus ⁊ vnus dicitur repugnare veris apparētibus. Sed ex neutro illoꝝ requiritur habitus supnaturalis. Nō enim ꝓpter pmū q2 homo naturaliter loquendo potest indifferentibus firmissime

firmissime adherere sine habitu supernaturali. Nec
ꝓpter 2m. Nã homo aliqñ adheret firmissime opposi
tis pmoꝝ pncipioꝝ ꝑꝑ sillogismum falsigraphum: vel
ꝓpter cõsuetudinẽ vel nãlẽ dispositionẽ suam: puta ex
imaginatione. ¶ Et si dicas: ꝙ veritates fidei sunt de
deo: qui est obm supnãle: ⁊ nõ põt a nobis nãliter intel
ligi. ¶ Hoc nõ valet: qꝛ de deo possumus multa intel
ligere ex sensatis: ⁊ alia multa nõ ex sensatis possumus
tenere firmiter: ⁊ hoc pȝ in hereticis. Hereticus enim
errans in vno articulo fidei amittit fidẽ infusam: ⁊ tñ
tenet alios ita firmiter: ꝙ ꝓ illis vellet decapitari. Hoc
etiam pȝ de puero nõ baptizato nutrito inter fideles:
qui multa que fidei sunt tenet ita firmiter sicut bapti
zatus: qui hȝ fidẽ infusam. ¶ Jtẽ fides infusa hñ est
necessaria ei: qui reuelat ea: que sunt fidei: sed si reue
lat ea a casu vel ex industria nãli nõ est ei credendum
nec adherendũ eis que dicit: qꝛ nõ põt ea reuelare cer
titudinaliter nisi habeat ea ꝑ causaȝ superiorẽ mediã
te habitu infuso supernaturali. Sȝ credẽti dictis reue
lantis nõ est necessarius habitus supnaturalis ĩfusus.
Hec Aureo. in forma. ¶ Contra tertiã cõclusionẽ ar
guit Durandus ꝓbãdo: ꝙ in hereticis remaneat fides
infusa quo ad articulos: in quibus nõ errant. Et arguit
sic. Qꝛ oĩs habitus reddit potentiã facilẽ ad actũ debi
tuȝ respectu obiecti: ⁊ per ꝯñs ad refugiendũ ꝯ̃ria: vel
refutandũ illa: ⁊ tamen si nõ refugiantur ꝯ̃ria non ꝑꝑ
hoc totaliter tollitur habitus: qꝛ ⁊ si ponat facilitatem
⁊ ꝓnitatẽ ad actũ debitũ: ⁊ ad refugiendũ ꝯ̃rium: non
tñ ponit necessitatem qn possit fieri contrariũ: ⁊ istud
est manifestũ in habitibus acq̃sitis: de q̃bus p̃dicta rõ
eque cõcludit sicut de fide infusa. ¶ Scdo. Qꝛ ille q̃
assentit credibilibus silr nũc vt p̃us hȝ fidẽ silr nũc vt
prius: qꝛ assensus similis arguit similem hitũ: sed fide
lis denuo seduct⁹ circa aliqd credibile ꝑ ꝓpriã ignorã
tiam: qꝛ nõ bene intelligit sacram scripturã: vel ꝑ alte
rius falsam doctrinã: puta ꝙ nõ lȝ iurare: assentit cete
ris credibilibus silr nũc vt prius: ⁊ oĩno cõsimiliter. g̃
assentit per eundem hitum: per quẽ prius. Sed prius
habebat fideȝ infusam. ergo ⁊ nunc: ⁊ tñ est hereticus.
ergo in heretico manet fides infusa. ¶ Tertio. Qꝛ si
aliquid obstaret hoc videret̃ esse: qꝛ sequeret̃ hoc: da
to ꝙ aliq̃s siml' sit fidelis ⁊ ĩfidelis. ¶ Sȝ h̃ nõ obstat:
qꝛ fides ẜm habitũ: ⁊ error ẜm actũ circa aliqd credi
bile bene possunt simul stare: sicut scia ẜm habitũ põt
stare cũ actu erroneo circa aliqd scibile. Et si firmare
tur habitus in aliquo ꝙ nullo mõ esset iurãdũ: adhuc
posset stare cum fide ĩfusa: qꝛ nõ esset de eodẽ obiecto
qꝛ quãuis obiectũ fidei infuse se extendat ad oĩa con
tenta in sacra scriptura: tñ ipsa põt exire in actũ debi
tum respectu aliquoꝝ: q̃uis intellectus habentis fidẽ
infusam possit decipi respectu alioꝝ: sicut aliquis põt
habere verã sciam de aliquibus passionibus alicuius
subiecti: ⁊ decipi circa alias passiones eiusdẽ. Et sic non
vr̃ improbabile: qn habitus fidei possit remanere in here
ticis errantibus de nouo circa aliqd ꝑticulare credibi
le. Hec ille. ¶ Contra quartã conclusionẽ arguit Sco
tus ꝓbando: ꝙ nõ ideo de oĩbus credibilibus sit vna
fides: quia respicit omnia credibilia vt reuelata a deo.
¶ Primo. Qꝛ si fides infusa respicit primã veritatẽ vt
reuelantẽ articulos: ⁊ causantẽ assensum de credibili
bus: ⁊ nõ sicut de quo est fides vt de obiecto: seq̃tur ꝙ
nũquã aliquis fidelis assentiret huic: deus est trinus ⁊
vnus: qꝛ ẜm te assentio huic: deus est trinus ⁊ vnus: qꝛ
est reuelatũ a pma veritate. Quero igit̃ a te qũo assen
tio huic: hoc est reuelatum a deo. qꝛ si assentio huic. s.

Contra 3am cõclonem arguit Duran. di. 23. q. 9. arti. pmo.

Cõtra 4am Sco. dis. 23. q. viii. ar. 2o. Utrum ex h̃ ꝙ fides oĩa credibilia vt a deo reuelata de oĩb⁹ credibilibus sit vna.

deus est trinus ⁊ vnus: ꝓpter hoc qꝛ est reuelatũ a deo
sicut cõclusioni ꝓpter pncipiũ: seq̃t̃ ꝙ magis assen
tio illi: qd se hȝ vt pncipium q̃ȝ illi qd se hȝ vt ꝯ. ¶ Si
dicas sicut opȝ: ꝙ qꝛ est reuelatũ deũ esse trinũ ⁊ vnũ
Quero vltra: qũo assentio huic: reuelatum est a deo: ꝙ
deũ esse trinũ ⁊ vnũ est reuelatũ. Si iterum: qꝛ est re
uelatũ: ꝓcedam in infinitũ: ⁊ per ꝯñs nũq̃ȝ aliquid fir
miter credã de articulis fidei. sicut si scia ꝯclusionis
resolueretur in pncipia: ⁊ illa pncipia in alia: ⁊ sic in infi
nitum: nunquã sciretur aliq̃d: sicut nec aliq̃d põt esse
qd dependeat ex infinitis causis essentialiter. ¶ Si di
cas ꝙ huic assentio fide acq̃sita. s. ꝙ deũ esse trinum ⁊
vnuȝ est a deo reuelatũ. ¶ Contra. Tunc fides infusa
dependet in esse ⁊ firmitate adherens alicui articulo:
a fide acq̃sita sicut a pncipio: qꝛ nõ poteris dicere: ꝙ ꝑ
scientiam ei adhereas: qꝛ hoc nõ est euidens ex termi
nis: deũ esse trinũ ⁊ vnũ est a deo reuelatum plusq̃ȝ ꝙ
deus est trinus ⁊ vnus. ¶ 2o. Quia formalis rõ obiecti
habitus realis non est relatio seu ens rõnis: sed esse re
uelatũ a deo deũ esse trinũ ⁊ vnum: nõ dicit vltra deũ
esse trinũ ⁊ vnũ: nisi respectũ rõnis: sicut esse cognituȝ
dicit respectum rõnis tantũ vltra rem: que cognoscit̃.
Si ergo assentis articulo predicto: qꝛ est reuelatus a
deo: tunc ratio formalis cur assentis ꝑ habitũ realem
est ens rationis. qd est incõueniens: cum habitus rea
lis habeat formale obiectũ reale: sicut potentia realis
hȝ obiectũ reale. Hoc pȝ. ergo reuelabile passiue cũ sit
ens rationis: nõ põt eẽ formalis ratio tendẽdi in istd:
deus est trinus ⁊ vnus. ¶ Arguit ẽt Aureo. ꝓbãdo ꝙ
veritas prima nõ sit formale in obiecto fidei. s. ꝙ fides
adhereat cuicũqȝ rõne pme veritatis: qꝛ hoc est de rõ
ne formalis obiecti: vt nõ reducatur ad superiorẽ cãm
in eadem scia: sed non sic est in ꝓposito: qꝛ si queratur
q̃re credis articulos fidei: respondet̃: qꝛ hoc dicit pma
veritas: q̃ mentiri nõ põt. queratur vltra: quare men
tiri non põt: ⁊ opȝ dicere. qꝛ est deus: ⁊ sic reducit̃ vlte
rius ad aliud obiectũ formale. ergo pma veritas se hȝ
vt obiectũ mãle. ¶ 2o. Aut intelligis per pmã verita
tem dicta a prima veritate: ⁊ hoc nõ est possibile: quia
talia sunt veritates cõplexe: que sunt obiectum mãle:
aut intelligis aliqd attributũ speciale in deo: ⁊ hoc nõ
potest dici: qꝛ illud nihil addit ad diuinitatẽ. Et si ad
dit inquãtũ hmõi: nõ est finis: ⁊ ita fides non habebit
ideȝ ꝓ obiecto formali ⁊ ꝓ fine. ergo relinquit̃ ꝙ deus
sub ratione diuinitatis sit obiectũ formale: ⁊ nõ v̓itas
pma.) Hec ille. Et in h̃ scdus articulus terminat̃.

Utrum veritas fidei sit formale in obiecto fidei.

Quantum ad tertiũ articulũ respondendum
est obiectionibus supradictis. Et q̃
dem ad argumenta Durandi ꝯ̃ pmã cõclusionẽ dicit̃
pmo: ꝙ scũs Tho. 3o. sen. dis. 23. q. 2. ar. 4o questiun. pa
apparenter tenuit viam: quã sequitur Durã. s. ꝙ fides
stricte loquendo nõ sit virtus: sȝ solũ large loquendo.
Uerũ tñ ex verbis suis nõ põt cõcludi efficaciter: ꝙ fi
des nõ sit virtus ꝓprie loquẽdo: sed solũ ꝙ nõ sit vir
tus intellectualis eo mõ: quo phĩ de tali virtute loquũ
tur. qd pȝ ex mõ loquendi: ait enim sic. (Cum virtutis
sit reddere opus bonũ: operatio põt dici bona vel for
maliter inq̃ȝtum ꝓcedit ex potentia: que mouet̃ in bo
num ẜm rõnem boni: vel mãliter ẜm ꝙ est congrua ⁊
ꝯnaturalis potentie: vtroqȝ mõ actus fidei est bonus:
qꝛ cõgruit intellectui inq̃ȝtum est veroꝝ. Et iterum ꝓ
cedit a voluntate: que mouetur in bonũ quasi in obie
ctum. Ex parte aũt intellectus quãuis habeat bonita
teȝ ex ꝑte obi: nõ tñ habet ꝑfectionẽ: qꝛ deficit modus
eo ꝙ non hȝ conspicuam veritateȝ: cui adheret: sed ex

parte voluntatis potest habere pfectionē inquātū voluntas pfecta in appetitu boni firmitatē τ certitudinē facit in fide. Et ideo dicit Bernardus: ꝙ fides est voluntaria quedam τ certa prelibatio nondum ꝑpalate veritatis. Unde pꝫ: ꝙ fides est virtus: nō quidē intellectualis: sed eo mō: quo cōiter loquimur de virtute: que ꝑducit actū bonū ex bonitate volūtatis ꝓcedentem. Nec tñ est virtus moralis: qꝛ nō est ordinatiua appetitus sensibilis: vt ꝯsistat circa delectatiōes: τ tristitias τ operationes: sicut circa mām vel obiectuꝫ: sed est virtus theologica. qđ quideꝫ genus phi nō cognouerūt.) Hec ille. ¶ Item ar. 3° questiuncula. 3. sic dicit. (Cum virtus ponat potentiam in vltimo q̃tū ad actū: nō sufficit ad rōnem virtutis ꝙ potentia ponatur in vltimo q̃tum ad obm: sed opꝫ ꝙ ponaṫ in vltimo q̃tum ad modū agēdi: vt. s. actus sit bonū nō solū ex eo ꝙ bonū est qđ fit: sed ex eo: qđ bene fit. sicut patꝫ in virtutibus moralibus. Bonū aūt intellectus est verū: qđ est finis τ perfectio eius. Uñ nō sufficit ad rōnē virtutis intellectualis: ꝙ per eam cognoscatur veruꝫ: sed opꝫ ꝙ actus quo verū ꝯsideraṫ: sit pfectus etiā ex mō: vt bene qs intelligat. Bene aūt operari intellectuꝫ nō contingit ex hoc ꝙ ex bona voluntate eius operatio ꝓcedit: sed ex efficacia intellectus ad obiectū ꝓpriū cōspiciendū: vel in se: vel ꝑ resolutionē ad illud: qđ in se cōspiciṫ. Fides autem per actum suuꝫ ponit intellectū in vltimo quātum ad obiectū inq̃tum facit assentire ṗme veritati: nō aūt q̃tū ad modū ꝓpriū intellectus: qꝛ intellectus noster nō est per fidē tante efficacie: vt id qđ credit inspicere per se possit: vel ad ea que inspicit reducere: τ iō fides nō est virtus intellectualis.) Hec ille. ¶ Ex quibus pꝫ: quō Durandus ex dictis sancti Tho. in 3° fabricauit suam opinionē: τ quomō. s. Tho. vr̄ ibidem fauere sue opinioni. s. ꝙ fides nō sit virtus ꝓprie loquēdo de virtute. Nec tamen fauet: qꝛ nō asserit ꝙ fides non sit virtus ꝓprie dicta: sed solum ꝙ nō est virtus intellectualis ꝓprie dicta: qꝛ nō ponit potentiam: quam informat in vltimata perfectione quo ad actum: sed pōt dici virtus cōiter τ large loquēdo de virtute. ¶ Scđo dr̄: ꝙ dato ꝙ scūs Tho. in scripto fuisset illius opinionis: tamen postea hāc opinionē correxit in sūma: sicut pꝫ in probatione conclusionis: vbi sine distinctione cōcedit fidem esse virtutem. Et silr̄ in de veritate. q. 14. ar. 3°. vbi arguit sic loco. 7. (Uirtus est vltimū potētie vt diciṫ in ṗmo celi τ mundi: sed fides nō est vltimum potētie humane: qꝛ potest in aliquid aliud amplius. s. in apertam visionem. ergo fides nō est virtus.) Ecce argumentū: in quo fundat se Durandus: τ in quo scūs Tho. in 3° videbaṫ se fundare: sequiṫ responsio. (Dōꝫ (inquit) ꝙ fides ꝫm hoc dicitur vltimū potentie: quia complet potentiam ad eliciendū actū bonum τ meritorium: nō autem reqritur ad rōnem virtutis: ꝙ ꝑ eaꝫ eliciatur optimus actus: qui potest elici a potentia illa cum contingat in eadem potētia esse plures virtutes: quaꝝ vna nobiliorem actum elicit sicut magnificentia liberalitate.) Hec ille. ¶ Ex quibus pꝫ ad ṗmum Durandi. ¶ Ubi vlterius aduertenduꝫ: ꝙ fides vno mō magis ꝓprie dr̄ virtꝰ q̃ scia. Uñ scūs Tho. de veritate vbi supra. artic. 3° in solu. 5. sic dicit. (Scđm ꝙ nunc loquimur de virtute: neqꝫ scia: neqꝫ opinio virtꝰ dici pōt: sed sola fides: que q̃tū ad illud: qđ voluntatis est: put ṗdicto mō i genus virtutis cadit: nō est media inter sciam τ opinionē. Quia in scia τ opinione nō est aliqua inclinatio ex voluntate: sed ex ratione tantum. Si autem loqueremur de eis q̃tuꝫ ad id: qđ est cognitionis tantuꝫ: sic nec opinio: neqꝫ fides esset virtus: cū nō habeat completā cognitionē: sꝫ tm̄mō sciaꝫ.) Hec ille. ¶ Ex qbus pꝫ: ꝙ lꝫ fides nō possit ꝓprie dici virtus ꝫm phm: potest tamen dici virtus ꝫm theologum. et de hoc latius dicetur in sequenti respōsione. ¶ Ad 2m dr̄: ꝙ illa rō soluit seipsaꝫ cū dicit: ꝙ actus fidei nō est pfectior presente charitate in genere cognitionis: lꝫ sit pfectior in eē meriti. De hoc scūs Tho. de ve. q. 14. artic. 3. sic dicit. (Uirtus inq̃ ex impositione sui nois significat complementum potētie actiue. Est autē duplex potentia actiua. Quedam cuius actio terminatur ad aliqđ actū extra: sicut edificatiue potentie actio terminatur ad edificatum. Quedā vo est: cuius actio non terminatur ad extra: sed cōsistit in ipso agente vt visio in vidēte: vt habetur a philosopho. 9. meta. In his aūt duabus potentijs diuersimode sumitur cōplementū: actus eniꝫ primaꝝ potentiaꝝ vt dicit philosophus ibidem non sunt in faciente: sed in facto: ideo cōplementum potentie actiue accipitur ibi penes id: qđ fit. Uñ τ virtus deferentis pondera dicitur esse in hoc: ꝙ maximum pondus defert: vt pꝫ ṗmo celi τ mundi. Et silr̄ virtus edificatoris in hoc: ꝙ facit optimam domum. Sed qꝛ actus alterius potentie consistit in ipso agēte: τ non in aliquo actu: ideo complementū illius potētie accipitur ꝫm modum agendi: vtputa si bene τ conuenienter operetur. ¶ Ex quo habꝫ vt actus eius bonus dicatur: τ inde est: ꝙ in hmōi potentijs virtus dicitur que opus bonum reddit. Aliud autem est bonum vltimum: qđ considerat phus τ theologus. Phs eniꝫ cōsiderat quasi bonum: quod est humanis viribus ꝓportionatum: τ cōsistit in actu ipsius hominis: vnde felicitatem dicit esse operationem quandam. Et iō ꝫm phꝫ actus bonus: cuius ṗncipium virtus dicatur: dr̄ absolute inq̃tū est conueniens potentie vt perficiens ipsam. Unde quecūqꝫ habitū inuenit phus talē actū elicientem dicit eum esse virtutem: siue sit in pte intellectiua: vt scia intellectus: τ hmōi virtutes intellectuales: quarum actus est bonū ipsius potentie. s. considerare verū: siue in parte affectiua: vt tpantia: τ fortitudo: τ alie virtutes morales. Sꝫ theologus considerat quasi bonuꝫ vltimū illud: qđ est nature facultatem excedens. s. vitam eternam. Unde bonū in actibus humanis nō cōsiderat absolute: qꝛ ibi non ponit finem: sed in ordine ad illud bonū: quod ponit vltimum asserens illū actū tantum esse bonū cōplete: qui de ꝓximo ad bonū finalem ordinaṫ. i. qui est meritorius vite eterne. Et oēm talē actū dicit esse actū virtutis: τ quicūqꝫ habitus elicit talē actum: ab ipso appellaṫ virtus. Aliquis autem actus meritorius dici nō pōt nisi ꝫm ꝙ est in potentia opantis cōstitutus: qꝛ ꝑ mereṫ: opꝫ ꝙ aliqđ exhibeat: nec exhibere potest nisi qđ aliquo modo suum est. i. ex ipso. Actus aūt aliquis in potestate nostra cōsistit ꝫꝫ ꝙ est voluntatis: siue sit eius: vt ab ipsa elicitus: vt diligere τ velle: siue vt ab ipsa imperatus: vt ambulare τ loqui. Uñ respectu cuiuslibet talis actus potest poni aliqua virtus eliciens actus perfectiores in genere talium actuum. Credere aūt nō hꝫ assensum nisi ex ipio voluntatis. vñ ꝫm id qđ est a voluntate dependet. Et inde est ꝙ ipm credere pōt esse meritoriū: τ fides que est habitus eliciens ipꝫ est ꝫꝫ theologū virtus.) Hec ille. ¶ Ex quibus apparet: ꝙ lꝫ ꝫm phm actus nō dicatur virtuosus: nisi inq̃tum est ꝓportionatus humanis viribus: τ ille actus sit perfectius actus virtutis: q est illo modo ꝓportionatus: attñ scđm theologū actꝰ humanus pōt dici virtuosus: lꝫ nō sit illo mō ꝓportionatus:

Fides nō est virtus intellectualis aut moralis sed theologica.

Tex. cō. lib.

Tex. cō. 16.

Tex. cō. lib.

Bonū vltimum aliud est qđ phs: τ aliud qđ theologus ꝯsiderat

natus:puta cōstituens potentiaȝ actiuā in vltimo:dū tamen sit ꝓportionatus vltimo fini supnaturali. Hoc aūt habet actus fidei assistente charitate:ꝛ nō hȝ hoc nō assistente charitate. Et per cōsequens fides forma ta potius hȝ rōnē virtutis ꝙ̄ fides informis. ¶ Ad 3^m dr̄:ꝙ assumit qōdam manifeste falsuȝ.s.ꝙ actus fidei nullaȝ perfectionē a charitate recipiat. Uñ scūs Tho. de veritate.q.14.ar.2° in solu.10.sic dicit. (Actus fidei essentialiter cōsistit in cognitione:ꝛ ibi est eius ꝑfectio ꝙ̄tum ad formā vel spēm:quā hȝ ex obiecto. Sȝ ꝙ̄tuȝ ad finē ꝑficit̄ in affectione:qꝛ ex charitate habȝ ꝙ sit meritorius.) Hec ille. ¶ Itē mirum est quō arguens dicit:fidem equalr̄ habere rōnē virtutis absente chari tate:sicut presente cum Aug. expresse dicat cōtra Julia nū:sine charitate nullam verā esse virtuteȝ. Et de hoc scūs Tho. 2^a 2^e.q.23.ar.7.sic dicit. (Uirtus ordinatur ad bonum. Bonū aūt p̄ncipaliter est finis:naȝ ea que sunt ad finē dicunt̄ non bona:nisi in ordine ad finem: sicut autem est duplex finis:vnus vltimus ꝛ alius pro ximus:ita etiam est duplex bonū:vnū quidē vltimuȝ ꝛ p̄ncipale:ꝛ aliud ꝓximū ꝛ particulare. Ultimū qdeȝ ꝛ p̄ncipale boᵐ hoīs est dei fruitio ꝑȝ illud ps. Mihi aūt adherere deo bonuȝ est. ꝛ ad hoc ordinatur homo ꝑ charitatē. Bonū aūt scđariuȝ ꝛ particulare hoīs pōt esse duplex. Unū quidē qđ est vere bonū:vtpote ordi nabile quātū est in se ad p̄ncipale bonū:qđ est vltimꝰ finis. Aliud aūt est bonū apparens ꝛ nō veꝝ:qꝛ abdu cit a finali bono. Sic igit̄ pȝ:ꝙ vera virtus simplr̄ est illa:que ordinat ad p̄ncipale bonū hominis:sicut etiaȝ phūs dicit.7.phisi.ꝙ virtus est dispositio ꝑfecti ad opti muȝ:ꝛ sic nulla vera virtus pōt eē sine charitate. Sed si accipiatur virtus ꝑm ꝙ est in ordine ad aliquē fineȝ ꝑticulareȝ:sic pōt dici aliq̄ vera virtus sine charitate: inꝙ̄tum ordinat̄ ad aliqđ ꝑticulare bonū:sed si illud ꝑticulare bonū nō sit verū bonū:sed apparens:virtus etiā:que est in ordine ad hoc bonū:nō est vera v̄tus:sed falsa similitudo virtutis:sicut nō est vera virtus auaꝛo rū prudentia:qua excogitant diuersa genera loculo rum:ꝛ auaroꝝ iustitia:qua grauiuȝ damnoꝝ metu cō temnunt aliena:ꝛ auaroꝝ temperantia:que luxurie:q̄ nimis sūptuosa est:cohibet appetitū:ꝛ auaroꝝ fortitu do:q̄ vt ait Horatius. Per mare pauperiem fugiunt:ꝑ saxa:per ignes:vt dicit Aug.4.cōtra Julianum. ¶ Si vero aliquod bonū ꝑticulare sit verū bonū:puta cōser uatio rei publice:vel aliqđ hmōi:erit qdē vera virtus: sed imperfecta:nisi referat̄ ad finē ꝛ perfectū bonuȝ. ꝛ ꝑȝ hoc simpliciter vera virtus sine charitate esse non pōt.) Hec ille. ¶ Itē p̄ma 2^e.q.65.ar.4° sic dicit. (Fi des ꝛ spes:sicut ꝛ virtutes morales dupliciter possunt cōsiderari. Uno mō ꝑm quādā incohationē. Alio mō ꝑm perfectū esse virtutis:cuȝ enim virtus ordinet̄ ad bonum opus agendum:virtus quideȝ ꝑfecta dicet̄ ex hoc:ꝙ pōt in opus ꝑfecte bonū:qđ qdē est:dū nō solū bonū est qđ fit:sed et̄ bene fit. Aliogn si bonū sit quod fit:nō autē bene fiat:nō erit ꝑfecte bonū. Uñ nec habi tus:q est talis actus p̄ncipiū:habebit ꝑfecte rōnē virtu tis. Sicut si aliqs operet̄ iusta:bonū qdem facit:sȝ non erit opus ꝑfectū virtutis:nisi hoc bene faciat.i. ꝑm re ctam electionē:qđ est ꝑ prudentiaȝ.ꝛ ideo iustitia sine prudentia nō pōt esse virtus perfecta. Sic igit̄ fides ꝛ spes sine charitate possunt quidē eē aliqualr̄:ꝑfecte aūt virtutis rōnē sine charitate nō habent. Cuȝ enim fidei opus sit credere deo:credere aūt sit aliquē ꝓpria voluntate alicui assentire:si nō debito modo velit:non erit perfectū opus fidei. Qꝛ aūt debito modo velit:hȝ

Psal.72.

Tex.cō.17.

per charitatē:que perficit voluntatem. Omnis enim rectus motus voluntatis ex recto amore ꝓcedit:vt di cit Augustinus.14.de ciuitate dei. Sic igitur fides est sine charitate quidē:sed nō perfecta virtus:sicut tem perantia:vel fortitudo:siue prudētia. Et similiter dōm de spe:nam actus spei est expectare futuram beatitu dinem a deo.qui quidē actus perfectus est:si fiat ex meritis:que quis hȝ.qđ non potest esse sine charitate. Si autem aliquis expectet ex meritis:que nonduȝ hȝ sed proponit in futurum acquirere:erit actus imperfe ctus:ꝛ hoc potest esse sine charitate. ꝛ iō fides ꝛ spes possunt esse sine charitate. Sȝ sine charitate ꝓprie lo quendo virtutes esse nō possunt. Nam ad rōnem vir tutis pertinet.vt nō solum ꝑm ipsam aliqđ bonuȝ ope ret̄:sed etiam bene:vt dicit̄ 2° ethi.) Hec ille. ¶ Ex q bus apparet:ꝙ actus fidei aliquā ꝛ maximā ꝑfectionē recipit ex presentia charitatis potissime:dum nō soluȝ fit cuȝ charitate:sed ex charitate.s.qꝛ ordinatur ad vl timum finem. et ad conspiciendā p̄mā veritatem ꝑȝ ꝙ in se est. Unde ꝑm oēs catholicos doctores:fides si ne charitate dicit̄ informis:ꝛ presente charitate dicit̄ formata:qꝛ.s.actus fidei per charitatem ordinatur ad primā veritatem:sicut ad vltimū finē:ꝛ ille ordo se hȝ ad actū fidei sicut forma. Et similr̄ finis actus est for ma eius:nō quidem intrinseca:sed extrinseca. De hoc sanctus Tho. 2^a 2^e.q.4.arti.3°.ꝛ.q.23.articu.8.ꝛ 3° sen. di.23.q.3.arti.p̄mo.ꝛ in multis alijs locis. Conceditur tamen:ꝙ fides nō magis est virtus intellectualis pre sente charitate ꝙ̄ absente:qꝛ nec isto modo:nec illo est virtus intellectualis:vt supra dictum est. Nō enīȝ oīs virtus:que est in intellectu subiectiue:potest dici virtus intellectualis:nec omnis virtus:que est in voluntate potest dici moralis. ¶ Ad argumenta cōtra scđam cō clusionem inducta nunc dicendum est. Et quidem ad primū:quod est Scoti:negatur antecedens ꝓ p̄ma sui parte. Et ad eius ꝓbationem dicitur:ꝙ licet Paulus vel alius apostolus auditor christi posset ex puris na turalibus:hoc est sine habitu supernaturaliter infuso assentire dictis christi:vel diuine reuelationi:nō tamē perfecto ꝛ discreto assensu:ꝛ cōsimili assensui fidei in fuse. Et de hoc scūs Tho.3.sen.di.23.q.3.arti.2°.sic di cit. (Habitus ad hoc sunt necessarij:vt potentie que ꝑ naturam nō sunt determinate ad actum perfectuȝ:de terminentur per habitum. Cōtingit autem quandoqȝ ꝙ inferior potētia nō est determinata ad illum actuȝ perfectum:sed superior potentia determinatur ad ipȝ: sicut cōcupiscibilis nō est determinata ad tenendum medium in delectationibus ex natura ꝓpria:sed ratio determinatur per naturam suam ad illud:ꝛ ideo habi tus temperantie acquirit̄ in ꝯcupiscibili ex vi superio ris potentie. Nulla aūt potentia ꝑm suā nām determi natur ad illa:que sunt supra nām rōnis humane:quoꝝ est fides. Et iō ad hunc actuȝ indigemus habitu:q nō est acqsitus.qui qdem in duobus nos adiuuat:in hoc scȝ ꝙ intellectū facit facilem ad credendū ꝯtra dubi tiam:ꝛ discretū ad refugiendū nō credenda ꝯtra erro rem.) Hec ille. ¶ Item arti.3° questiun.scđa sic dicit. (Habitus fidei īfusus in duobus nos adiuuat.s.vt cre damus que credenda sunt:ꝛ vt eis que nō sunt credē da nullo mō assentiamus. Primū aūt pōt hō ex ipsa estimatione sine habitu infuso:sed ꝑm.s.vt discrete in hoc ꝛ in illa inclinet̄:hȝ ex habitu infuso tm̄.que qdeȝ discretio est ꝑm quā nō credimus omni spiritui. Que qꝛ in heretico nō est:constat ꝙ habitus fidei in ipso nō manet. Et si aliqua credēda credat:hoc est ex ratione

Aug.ca.7°.

Cap.5.

Utrū discre- dens vel vnū ex articu.fi- dei pdat ha- bitum fidei.

humana. Si enim habitu fidei ad hec credenda incli- naret contraria fidei refutaret. Sicut omnis habitus renititur eis: que sunt contra illum habitũ.) Hec ille. ¶ Item. 6. quolibet. q. 4. ar. p. sic dicit. (Si aliquis id qḋ est cõmune multis accipiat vt ꝓpriũ vni: necesse est ꝙ decipiatur. Certitudo aũt adhesionis nõ est pro- pria virtutis fidei. ¶ Primo qdez qꝛ ꝯpetit virtutib⁹ intellectualibus: puta sapie: scie: intellectui. ¶ 2°. Quia cõpetit nõ solũ fidei vere: sed ẽt fidei false. Sicut enĩ est opinio vera vel falsa: ita ꝛ fides nec min⁹ firmiter inheret aliqs falsitati q̃ veritati: vt dicit phus. 7. ethi.

Capl. 4°. ¶ 3°. Qꝛ certitudo inhesionis nõ semper ꝓuenit ex ali- quo habitu: sed ex proprio arbitrio põt aliqs assensum suum firmare ad aliquod veꝝ vel falsuz anq̃ habeat habitũ. ¶ 4°. Qꝛ certitudo inhesionis nõ solũ cõpetit fidei formate: que est virtus: sed etiã fidei informi: que nõ est virtus. ¶ Dõm ḡ ꝙ in heretico certitudo adhe sionis est act⁹ false fidei. In malo ẽt catholico est act⁹ fidei informis: ꝛ sic in neutro est actus virtutis fidei.) Hec ille. ¶ Ex qbus apparet: ꝙ licz sine habitu infuso virtutis fidei discipulus vel apostolus posset assentire dictis xp̄i: adhuc indigeret hitu infuso: nõ qdẽ ad sim- plr assentiendũ: sed ad discrete assentiendũ: ꝛ ad alias cõditiones: quas hꝫ actus ex habitu. ¶ Ad 2ᵐ pꝫ ꝑ pre dicta: qꝛ nõ plus cõcludit q̃ pmũ. ¶ Ad 3ᵐ negat mi- nor. Et ad ꝓbationez dr̃: ꝙ huic articulo: deus est tri- nus ꝛ vnus assentio: qꝛ deus hoc reuelauit: ꝛ nõ ex hoc ꝙ Jo. vel alius homo dicit: hoc esse sibi reuelatuz: ꝛ ħ loquendo de assensu causato ab habitu fidei. Nec est imaginandũ sicut arguens imaginatur: ꝙ sint ibi duo vel tres assensus necessarij. s. vnus quo assentio isti: de⁹ est trinus ꝛ vn⁹: ꝛ alius quo assentio isti: deus hoc reue- lauit: ꝛ alius quo assentio isti: Jo. dicit ꝙ sibi reuelatũ est ꝛc̃. Immo vnico actu assentio ꝙ deus est trinus ꝛ vnus. et ꝙ deus hoc reuelauit: sicut idẽ actus est: quo credo deo: ꝛ credo deũ: ꝛ credo in deuz. Vñ scũs Tho. 3°. sen. dis. 23. q. scda ar. 2° q̃stiun. scda sic dicit. (Actus credentis ex tribus dependet scꝫ ex intellectu: qui ter- minatur ad vnũ: ex voluntate: que terminat intellectũ per suum imperiuz: ꝛ ex rõne: que inclinat voluntatez. Et scḋm hoc assignant. 3. actus fidei. Ex hoc enim ꝙ intellectus terminatur ad vnũ: actus fidei est credere deum: qꝛ obiectũ fidei est deus ƒm ꝙ in se ꝯsideratur: vel aliquid circa ip̄m vel ab ipso. Ex hoc vero ꝙ intel lectus determinat a voluntate: ƒm hoc actus fidei est credere i deũ: idest amando in eũ tendere: est enĩ vo- luntatis amare. Scḋm aũt ꝙ rõ voluntatez inclinat: actus fidei est credere deo. Ratio enim qua volantas inclinatur ad assentiendũ his que nõ videt est: qꝛ deus ea dicit. Sicut homo in his: q̃ nõ videt credit testimo- nio alicuius boni viri: qui videt que ipse non videt. Et per omnia predicta nõ nominat nisi vnus actus cõple tus fidei: sed ex diuersis: que in fide inueniuntur diuer simode nominantur. illo enim actu quo credit deum credit deo: ꝛ credit in deuz.) Hec ille. ¶ Item. 2ª 2ᵉ. q. scda arti. scdo sic dicit. (Actus cuiuslibet potentie vel habitus accipit scḋm ordinem potẽtie vel habitus ad suum obiectũ. Obiectum aũt fidei tripl'r põt cõsidera ri. Cum enim credere ad intellectũ pertineat: put est a voluntate motus ad sentiendũ: põt obm̃ fidei accipi vel ex parte intellectus: vel ex parte voluntatis intelle ctum mouentis. Si quidẽ ex pte intellectus: sic in obo fidei duo possunt cõsiderari: quoꝝ vnũ est nãle obm̃ fidei: ꝛ sic actus fidei ponitur credere deũ. qꝛ nihil pro ponitur nobis ad credendũ nisi ƒꝫ ꝙ ad deũ pertinet.

Aliud est ratio formalis obiecti: qḋ est sicut mediũ: ꝑ qḋ tali credibili assentitur: ꝛ sic ponit actus fidei crede re deo: qꝛ formale obm̃ fidei est veritas pma: cui inhe- ret hõ: vt ꝓpter eã creditis assentiat. Si vero ꝯsideret obm̃ fidei 3° modo ƒꝫ ꝙ intellectus est motus a volũ- tate: sic ponitur actus fidei credere in deũ. Ueritas. n. pma refert ad voluntatẽ ƒm ꝙ hꝫ rõnẽ finis: ꝛ ꝑ ista tria nõ designant diuersi actus fidei: sed vnus ꝛ idem actus habẽs diuersaz relationẽ ad obiectũ fidei.) Hec ille. ¶ Ex qbus habet: q̃uo eodẽ actu fidei intellectus inheret pme veritati ꝓpter se: ꝛ articulo fidei ꝓpter deum assentit. Nec opꝫ necessario formare duas ꝓpo- sitiones: quaꝝ vna dicat: deus est trinus: ꝛ alia dicat: deus reuelauit: ꝙ deus est trinus ꝛ vnus. ¶ Dicit 2°. ꝙ dato ꝙ formentur iste tres ꝓpositiones pma: deus est trinus ꝛ vnus: scḋa: deus reuelauit ꝙ deus est ꝛc̃. ter tia: Joã predicat ꝙ deus reuelauit sibi deuz esse trinũ ꝛ vnum: in illo casu dico ꝙ assensus pme nõ dependet effectiue pncipaliter ex assensu tertie: sed precise ex ha bitu fidei: ꝛ intellectu: ꝛ voluntate: licꝫ illa tria ꝓpter aliud requirantur: sicut ꝛ persuasio predicantis ꝛ audi- tus illi⁹. ¶ De hoc scũs Tho. 3. sen. dis. 23. q. 3. ar. 2° vbi arguit sic. (Primo loco Aug. dicit ꝙ ꝑ sciaꝫ fides acq- ritur: nutritur: ꝛ defendit: sꝫ nullus habitus acquisitus ꝑ aliquã scientiã est habitus infusus. igit ꝛc̃.) ¶ Ecce argumẽtũ. ¶ Seqt respõsio. (Habitus (inqt) infusus similis est habitui innato: qꝛ sicut nãlis habitus datur in creatione: ita infusus in reparatione. Naturalis aũt habitus sicut intellectus pncipioꝝ indiget: vt cognitio determinet per sensum: quo acquisitus nõ indiget: qꝛ dum acquirit per actum: determinationem recipit. Et simil'r opꝫ: ꝙ fidei habitus determinationẽ recipiat ex parte nostra. Et quãtum ad istam determinationẽ dr̃ fides acquiri per scientiaz theologie: q̃ articulos distin guit: sicut habitus pncipiorum dicit acquiri per sensuz q̃tum ad distinctionẽ pncipioꝝ: nõ tamen q̃tum ad lumen: quo principia cognoscuntur.) Hec ille. ¶ Itez in solutione scdi sic dicit. (In fide. 4. considerantur. s. Ipsuz qḋ credendũ est. Ratio voluntatem determi- nans ad credendum. Uoluntas intellectui imperans. Intellectus exequens. Et ƒm hoc fides q̃tum ad eius determinationẽ: ꝛ q̃tum ad eius actum: qui ex nobis est: q̃uis habitus sit infusus: dicit esse ex quattuor: que in nobis sunt: qꝛ q̃tũ ad ipsum credendũ dr̃ esse ex au ditu: qꝛ determinatio credẽdoꝝ fit in nobis vel per lo- qutionẽ interiorẽ: qua deus in nobis loquit: vel per vo cem exteriorem. Q̃tum vero ad rõnẽ: que inducit vo- luntatem ad credẽdũ: dr̃ esse ex visione alicuius: quod ostendit deuz esse: qui loquit in eo: qui fidẽ anunciat. Q̃tum vero ad iperium volũtatis dr̃ esse fides ex vo- luntate. Q̃tum aũt ad executionem intellectus dicit esse actus fidei ex intellectu.) Hec ille. ¶ Ex quibus pꝫ: ꝙ actus fidei: qui est assensus: depẽdet q̃tuz ad exe- cutionẽ ab habitu fidei ꝛ ab intellectu tanquã a causa proxima. Persuasio vero vel predicatio exterior requi ritur ad determinationẽ credendorum: ꝛ ad ꝓponen- dum intellectui suuz obiectũ materiale: puta aliquod complexum: nõ autem ad causanduz assensuz. ¶ Itẽ. 2ª 2ᵉ. q. 6. ar. pmo in solutione pmi sic dicit. (Per sciaꝫ gignitur fides: ꝛ nutritur per moduz exterioris ꝑsuasio nis: que fit ab aliqua scia: sed principalis ꝛ ꝓpria causa fidei est illud: qḋ interius mouet ad assentiẽdũ). ¶ Itẽ in solutione tertij sic dicit. (Credere quidẽ in volunta- te credentium consistit: sed opꝫ ꝙ voluntas hominis preparet a deo ꝑ gratiaꝫ: ad hoc ꝙ eleuetur in ea: que sunt

Actus credẽ tis ex tribus dependet.

li°. 14. de tri nita. ca. 1°.

sunt supra naẽ.) Hec ille. ¶ Ex q̄bꝰ apparet: ꝙ fides infusa nec quo ad habitũ: nec quo ad actum suũ pncipalem: q̄ est assentire credibilibus: dependet effectiue a fide acquisita. Nec certitudo eius dependet a certitudine fidei acq̄site: sicut certitudo cõclusionis a certitudine pncipij: ⁊ per ꝯñs tota imaginatio arguẽtis vana est. ¶ Dr̃ 3ᵒ: ꝙ cõcessa vltimata sua cõclusione. s. ꝙ hõ ex puris naturalibus assentiret tribus ppositionibus supradictis: ex hoc nihil hr̃ cõtra cõclonem: q2 adhuc habitus fidei infusus est necessarius ad sentiendũ discrete: pmpte: firmiter: delectabiliter: vt prius tactum est. ¶ Ad pᵐ Aureoli dr̃: ꝙ nõ aliud concludit: nisi ꝙ aliquis sine habitu infuso põt assentire virtutibus sup naturalibus: qđ cõcedimus. Nõ aũt ꝙ sine tali habitu possit assentire discrete ⁊c. mõ sepe dicto: nã hereticus ⁊ puer nõ baptizatus inter fideles nutritus possunt habere assensum credendoꝝ sine habitu infuso: nõ tñ discretũ: pmptũ: facilem: firmũ. ¶ Ad 2ᵐ qđ est eiusdẽ patet p pdicta. vñ nec pdicanti nec audiẽti sufficit ad pfecte ⁊ secure credẽdũ fides acq̄sita sine ifusa. ¶ Ad pᵐ Durandi cõtra tertiã ꝯclonẽ dr̃: ꝙ nõ est sile de habitu acq̄sito ⁊ de infuso. Primus enĩ nõ pdit̃ nec per cessationẽ ab actu pprio moꝝ: nec ꝯfestĩ ex actu ꝯrio: secus est de habitu infuso. Et de hoc scũs Tho. 2ᵃ2ᵉ. q. 24. arti. 12. vbi querit. Utꝝ charitas amittat̃ per vnũ actũ pcti mortalis sic dicit. (Unũqđq3 p aliud ꝯrium superueniẽs tollr̃. Quilibꝫ aũt actꝰ pcti mortalis ꝯriat̃ charitati ẽm ppriã rõnẽ: que cõsistit in hoc ꝙ deꝰ diligat̃ sup oĩa: ⁊ ꝙ hõ totalr̃. s. illi subijciat̃: oĩa sua referẽdo in ipm. Est igit̃ de rõne charitatis vt sic diligat deũ ꝙ in oĩbus velit se ei subijcere: ⁊ pceptoꝝ eius regulas sequi. Et iõ qcq̄d ꝯriat̃ pceptis eius: manifeste ꝯriatur charitati: vñ de se hꝫ ꝙ charitatẽ excludere possit. Et si quidẽ charitas esset hitus acq̄situs ex vtute subi depẽdens: nõ oporteret ꝙ statĩ p vnum actum contrariũ tolleretur. Actus enĩ nõ directe ꝯriat̃ habitui: sꝫ actui. Cõseruatio aũt habitus in subiecto nõ req̄rit cõtinuitatem actus. Uñ ex superueniente ꝯrio actu nõ statim habitus acq̄situs excludit̃. sed charitas cũ sit habitus infusus dependet ex actione dei infundẽtis: q̄ sic se hꝫ in infusione ⁊ cõseruatione charitatis sicut sol in lumine aeris. Et ideo sicut lumen statĩ cessaret esse in aere per hoc: ꝙ aliqđ obstaculũ poneret̃ illuminationi solis: ita ẽt charitas deficit statim eẽ in aĩa: p hoc ꝙ aliquod obstaculũ ponit̃ influentie charitatis a deo in aniam. Manifestũ est aũt: ꝙ p qđlibꝫ pctm̃ mortale: qđ diuinis preceptis ꝯriat̃: ponit̃ pdicte infusioni obstaculũ: q2 ex hoc ipso ꝙ hõ eligendo pfert pctm̃ diuine amicitie: que requirit vt dei voluntatẽ in oĩbus sequamur: ꝯñs est vt statim per vnũ actũ pcti mortalis hitus charitatis pdatur.) Hec ille. ¶ Et sicut dicit de hitu charitatis: qđ tollit̃ p quẽlꝫ actũ pcti sibi ꝯriũ: q2 ponit obstaculũ diuine infusioni: ita dicendũ est de actu pcti ꝯrio fidei ⁊ spei: q̃ habitus fidei tollit̃ p quẽlibet actũ pcti mortalis sibi cõtrariũ: cuiusmodi est infidelitas: ⁊ silr̃ habitus spei statĩ tollr̃ p actũ pcti mortalis sibi ꝯriũ cuiusmõi est desperatio: nõ aũt p alia pctã nõ ꝯtraria fidei: aut spei. sicut ipse dicit eodẽ articulo in solutiõe quarti. ¶ Itẽ de virtutibꝰ. q. 2ᵃ. arti. 6. sic dicit. (Ea q̃ ex diuina infusione causant̃ nõ solum indigent diuina actione in sui pncipio: vt esse incipiant: sed in tota sua duratione: vt conseruet̃ in esse: sicut illuminatio aeris indiget psentia solis: nõ solũ cũ pmo illuminat̃ aer: sed q̃diu illuminatus manet. Et pter hoc si aliquod obstaculũ interponat̃ intercipiens directũ aspectũ ad solem desinit esse lumen in aere. Simil'r q̃ñ peccatũ mortale aduenit: qđ impedit directũ aspectũ aĩe ad deũ: intercipit̃ influxus dei ⁊c.) Hec ille. ¶ Et in multis alijs locis idẽ ponit. ¶ Ex quibꝰ pꝫ: ꝙ similitudo argumẽti de habitibus acq̄sitis ⁊ infusis nõ valet. ¶ Ad 2ᵐ dr̃: ꝙ si minor intelligit̃ de errante cum ptinacia: puta de heretico falsa est. Si aũt intelligat̃ de nõ heretico: cõcedit̃ totũ argumentũ: sed nõ est ꝯ cõclonẽ. Uñ scũs Tho. facit sile argumẽtũ. 6. quolꝫ. q. 4. arti. p. (Oẽ qđ agit ad silitudinẽ alicuꝰ: vr̃ agere in virtute illius: sed hereticus p certitudinẽ adherens his. q̃ credit: agit ad similitudinẽ fidei: q2 intantũ certitudinalr̃ inheret: inq̃tũ existimat se rectã fidẽ hẽre. ergo operat̃ in virtute fidei.) ¶ Ecce argumẽtũ. ¶ Seq̄tur rñsio. (Dõm (inquit) ꝙ aliquid põt agere ẽꝫ silitudinẽ alicuius dupliciter. Uno mõ ẽꝫ silitudinẽ verã: ⁊ sic vere agit aliqualiter in virtute illius. Alio mõ ẽm silitudinẽ apparentẽ: ⁊ sic agit in apparentia virtutis illius: ⁊ ita est in pposito. Uñ in heretico certitudo adhesionis est actus fidei apparẽtis: nõ aũt fidei vere.) Hec ille. ¶ In quo aũt sit silitudo adhesionis catholici ⁊ heretici q̃tũ ad articulũ: cui cõiter assentiunt. ostendit scũs Tho. 2ᵃ2ᵉ q. 5. arti. 3ᵒ in solutione pmi: vbi sic dicit. (Alios articulos fidei: de quibus hereticus nõ errat: nõ tenet eo mõ: sicut tenet eos fidelis. s. simplr̃ inherendo pme vitati: ad qđ indiget hõ adiuuari p habitũ fidei: sed tenet ea: que sunt fidei propria voluntate ⁊ iudicio.) Hec ille. ¶ Ex q̄bꝰ pꝫ: ꝙ ille q̄ pmo fuit fidelis: ⁊ postea lapsus est in heresiꝫ: nõ credit quẽcũq3 articulũ fidei illo mõ quo pus: nec p idẽ mediũ: sꝫ p aliud. ¶ Ad 3ᵐ pꝫ mõ p dicta ad pᵐ: q2. s. nõ ẽ sile de hitu ifuso: q̄ tollit̃ p vnicũ actũ: ⁊ de hitu acq̄sito. Et iõ cũ hitu scie stat existimatio erronea circa aliquã ꝯclonẽ eiusdẽ scie: nõ ãt error circa vnũ articulũ cũ fide circa aliũ. Et de hoc sanctus Tho. 2ᵃ2ᵉ. q. 5. arti. 3ᵒ. vbi arguit sic. (Sicut sub fide cõtinent̃ multi articuli: ita sub vna scia: puta geometria multe ꝯclones. Sꝫ aliq̄s hõ põt hẽre sciam geoᵉ circa quasdã generatas ꝯclones alijs ignoratis. q̄ aliq̄s hõ pt hr̃e fidẽ de aliq̄bus articulis fidei alios nõ credẽdo.) ¶ Ecce argumẽtũ. ¶ Seq̄t̃ rñsio. (Dõm (inq̄t) ꝙ in diuersis ꝯclonibꝰ vniꝰ scie sunt diuersa media: p q̃ pbãtur: quoꝝ vnũ põt cognosci sine alio. Et iõ hõ põt scire quasdã ꝯclones vniꝰ scie ignorãs alias: sꝫ oĩbus articulis fidei inheret fides pter vnũ mediũ. s. pter pmã veritatẽ ppositã nobis in scripturis ẽm doctrinã ecclesie intellectis sane. et iõ q̄ ab hoc medio decidit: totalr̃ fide caret.) Hec ille. ¶ Ad pᵐ Scoti ꝯtra cõclonem 4ᵃᵐ dr̃ p: ꝙ fides respicit pmã veritatẽ nõ solũ tãq̄ꝫ mediũ: pter qđ assentit credibilibus: imo tãq̄ꝫ obꝫ: de quo est fides. Et hoc expresse ponit scũs Tho. 2ᵃ2ᵉ. q. pma arti. pmo. vbi sic dicit. (Cuiuslibꝫ cognoscitiui. habitus obm̃ duo hꝫ. s. illud qđ mãliter cognoscitur: qđ est sicut materiale obm̃: ⁊ id p qđ cognoscit̃: qđ est formalis ratio obi: sicut in scia geoᵉ materialiter scita sunt cõclusiones: formalis vero rõ sciendi sunt media demonstrationũ: per que cõclusiones cognoscuntur. Sic igitur in fide si cõsideremus formalem rõnẽ obiecti: nihil aliud est q̃ veritas pma: nõ enĩ fides: de qua loquimur: assentit alicui: nisi q2 est a deo reuelatũ: vnde ipsi veritati diuine innititur tanquam medio. Si vero cõsideremus materialiter ea: q̄bus fides assentit: non solum est ipse deus: sed etiam multa alia: que tñ sub assensu fidei nõ cadũt: nisi ẽm ꝙ habent aliquẽ ordinem ad deũ: put. s. p aliquos diuinitatis effectus hõ adiuuatur ad tendendũ in diuinam fruitionẽ: ⁊ ideo

Per vnicũ actũ ꝯtrariũ tollitur habitus infusus nõ aũt acquisitus.

etiam ex hac pte obiectum fidei est quodãmõ veritas
pma:inqtũ nihil cadit sub fide nisi in ordine ad deũ.
Sicut et obm medicine est sanitas:qz nihil medicina
cõsiderat nisi in ordine ad sanitatẽ.) Hec ille. ¶ Sile
dicit 3° sen.dis.24.q.pma ar.p.questiuncula pma vbi
sic dicit. ¶ In obiecto alicuius potẽtie cõtingit tria cõsi
derare.s.id qđ est formale in obo:z id qđ est materiale
z id qđ est accidẽtale:sicut patet in obiecto visus:quia
formale in ipso est lumẽ:qđ facit colorẽ actu visibilẽ:
materiale vero ipse color:qui est potẽtia visibilis:acci
dentale vero sicut quantitas:z alia huiõi: que colorem
concomitãtur. Et qz vnũ qđqz agit per formã suã:obz
aũt est actiuũ in virtutib⁹ passiuis:ideo rõ obi:ad quez
hz pportionẽ potentia passiua est illud:qđ est formale
in obiecto. Et fm hoc diuersificant potentie z hitus:q
ex rõne obi spẽm recipiunt. Et hec tria est inuenire in
obo fidei. Cũ enim fides nõ assentiat alicui nisi pter
pmã veritatẽ credibilẽ:nõ hz q sit actu credibile nisi
a veritate pma:sicut color est visibilis ex luce. Et ideo
veritas pma est formale in obiecto fidei:z a qua est to
ta ratio obiecti. Quicqd aũt est illud:qđ deo credit:sic
est passum esse:vel si qd huiõi est:hoc est mãle in obo
fidei:ea aũt que ex istis credibilibus cõsequuntur sũt
quasi accidentalia:z ideo cõcedendũ est:q obm fidei
pprie loquendo est veritas pma.) Hec ille. ¶ Dicitur
scđo:q ex cõclusione nr̃a nõ sequit:q assensus huius
articuli:deus est trin⁹ z vnus depẽdet:vt fingit arguẽs
ex infinitis prioribus assensibus:nec opz infinita me
dia pertransire ad hoc q assentiatur illi articulo. Et ad
rationẽ in oppositũ dr̃:q per fidez pmo z directe assen
tio huic:deus reuelauit q deus est trinus z vnus:sicut
visus pmo fert in lucem. z scđario assentio huic:deus
est trinus z vnus:sicut visus scđario fertur in colorez:
vnico tamen z eodem actu. ¶ Et cũ vlterius queritur
quõ assentio huic:deus reuelauit hoc zc. Dicitur q fi
des assentit illi pter se ipsam:z nõ pter aliquã aliaz
ppositionẽ:ex cuius assensu causet assensus istius:de⁹
reuelauit hoc. Hoc est enim pmum credibile:deus vel
veritas pma reuelauit qcqd cõtinet in sacra scriptura
z in doctrina ecclesie. Nec assensus huius ppositionis
effectiue pncipalr causatur ex alio assensu precedente:
sed ex deo interius mouente intellectũ p hitum fidei
ad hunc assensuz. Uerũtamen ad hunc pmũ assensuz
fidei prerequirit psentatio huius complexi p locutio
nez interiorẽ vel exteriorẽ:aut p lectionẽ sacre scriptu
re:aut pdicationẽ. Et hoc satis diffuse dictũ est respon
dendo ad argumenta cõtra scđam pclõnẽ:que tange
bant similẽ difficultatẽ. Cuz autẽ dicit. Quomõ assen
tio precedentibus ppositionibus:puta isti: reuelatum
est a deo q deum esse trinũ z vnũ est reuelatũ zc. Dr
q oibus illis assentit a sẽsu causato ex libero arbitrio
vel fide acqsita. Sed tunc negat pña:q infert q fides
infusa dependeat effectiue ex acqsita qtũ ad habituz:
aut qtũ ad suũ pncipalẽ actũ:q est assentire. ¶ Ad 2m
dr pmo:q formalis rõ obi fidei non est ens rõnis:sed
reale loquendo de formali rõne ex pte rei:licz non sit
magnum incõueniens dicere q formalis rõ ex parte
nostra sit ens rõnis:vel q illud includat:puta negatio
nem vel relationẽ rõnis. Et de hoc scũs Tho.2°2e.q.
pma artic.6.in solutione.2.sic dicit. ¶ Ratio formalis
obiecti fidei põt accipi dupl'r. Uno⁹ ex pte ipsius rei
credite:z sic rõ formalis oĩum credibilium est vna.s.
veritas pma.z ex hac pte articuli non distinguntur.
Alio mõ põt accipi formalis rõ credibiliũ ex pte nr̃a:
z sic formalis rõ credibilis est:vt sit nõ visũ. Et ex hac

In obiecto potentie contingit tria cõsiderare.

Fidei ex pte nr̃a esse ens rõnis non est incõueniens: secus ex parte rei.

parte articuli distinguunt.) Hec ille. ¶ Ex quo pz:q
formalis ratio obiecti fidei ex parte credentis est q sit
nõ visum. Hoc autem est negatio:que est ens solius rõ
nis:ita põt dici de reuelato:licz nõ legam in dictis sci
Tho⁹ q esse reuelatuz sit formalis ratio obiecti fidei.
nec sequitur ex dictis eius. Et cuz dicit arguẽs:q si iõ
assentio huic:deus est trinus:qz est a deo reuelatũ:tũc
respectus rõnis ẽ causa qre assentio:z p pñs formalis
ratio obiecti. Negatur cõsequentia:qz lz assentiaz isti:
deus est trinus:qz hoc esse reuelatũ a deo:hoc nõ ideo
est:qz respectus reuelabilitatis sit cã assensus:sz potius
pma veritas:que est terminus illius respectus:mouet
ad assensum. Sicut etiã cum discipulus assentit dictis
magistri:qz magr dicit illa:nõ hoc iõ est:qz respectus
rõnis q iportat in hoc:qđ est esse dictũ a magistro:cau
set assensum in discipulo:sz potius auctoritas z pfecta
scia magri:vel vbũ eius:qđ est terminus pdicti respe
ctus:sic in pposito. Prima veritas tãquã cã pmaria:z
verba eius tãquã cã pxima causant assensum fidei:z
nõ respectus rõnis terminatus ad deum:vel ad verba
eius:q locutus est p pphetas:vel apostolos in humani
tate assũpta:tñ sicut dixi:nõ est incõueniens si forma
lis rõ obi fidei ex pte nostra habeat aliqd de ente rõ
nis:cũ et pximũ obm mãle fidei sit cõplexũ factuz p
opus aie. De hoc scũs Tho.3°.sen.dis.24.q.pma ar.p.
questiun.2.in solu.tertij sic dicit. ¶ Obm charitatis est
bonũ:qđ fm phm.6.meta.est in rebus:obm aũt fidei
est vez:qđ cõplect p operationẽ aie. Et qz cõpositio z
diuisio que est in enunciabilibus nõ est nisi p animã:iõ
cõplexũ est obiectũ fidei:qtuis incõplexũ sit obiectuz
charitatis.) Hec ille. ¶ Idẽ ponit.2°2e.q.pma arti.2°
vbi sic dicit. ¶ Cognita sunt in cognoscente fm moduz
cognoscentis. Est aũt pprius modus itellectus hũani
vt cõponẽdo z diuidendo veritatẽ cognoscat. Et iõ ea
que sunt in se simplicia hũanus intellectus cognoscit
fm quãdã cõplexionẽ:sicut ecõtrario intellectus diui
nus incõplexe cognoscit ea:que sunt fm se complexa.
Sic igit obm fidei dupl'r põt cõsiderari. Uno mõ ex
pte ipsius rei credite:z sic obz fidei ẽ aliqd icõplexũ.s.
res ipsa:de qua fides habet. Alio mõ ex pte credentis:
z fm hoc obm fidei est aliqd 9plexũ p modũ enuncia
bilis.) Hec ille. ¶ Ad pm Aureoli negat minor. Nec
valet eius pbatio:qz ista ppositio:pma veritas nõ põt
mentiri:nõ resoluit in hanc:deus nõ põt mentiri:imo
ecõtra iõ deus nõ põt mẽtiri:qz est p⁹ veritas. Uerũtñ
cũ dicit scũs Tho. q formale obiectuz fidei est pma
veritas:nõ intendit excludere:q deus vel diuinitas sit
formale obm:imo hoc expresse dicit.2°2e.q.pma ar.p.
vt recitatũ fuit in solutione pmi cõtra.4.cõclusionem.
¶ Ad 2m dr:q p pmã veritatẽ intelligimus diuinam
essentiã:put induit rõnẽ pme veritatis. Nec dicimus
q tale attributũ addat aliqd ad diuinitatẽ fm rez:sed
solũ qtũ ad nostz modũ itelligẽdi z 9siderãdi. ¶ Et
cũ dicit q diuinitas nõ est finis sub rõne pme verita
tis zc. ¶ Dicit q falsuz ẽ:qz cũ fides sit in itellectu:bo
nũ aũt z finis intellectus sit vez:manifeste pz q diui
nitas est finis fidei z intellectus sub rõne veritatis po
tius q sub quacũqz alia rõne:licz sub illa rõne non sit
finis voluntatis:aut charitatis:sed potius sub rõne bo
nitatis pme. Et de hoc supra recitatũ fuit dictũ sancti
Tho.2a2e.q.2.arti.2°. ¶ Si cõsideretur obm fidei fm
q intellectus est motus a voluntate:sic ponit actus fi
dei credere in deũ:veritas enim pma ad voluntatem
refertur fm q hz rõnem finis.) Hec ille. ¶ Et intelli
ge:q veritas pma refertur ad voluntatẽ fm q habet
rationem

Ad argu^m in p^o addu^m. 6. ethi. ca. 4.

rōnes finis: non quidē finis volūtatis: sed finis ad quē voluntas mouet intellectū per suum imperium. ¶ Ad argumentū pro parte negatiua q̄onis respōdit sctūs Tho. 2^a 2^e. q. 4. arti. 5. in solutione secundi: vbi sic dicit. (Fides de qua phūs loquitur: innitit̄ rōni hūane nō ex necessitate cōcludenti: cui pōt subesse falsum: et iō talis fides nō est virtus. Sed fides de qua loquimur innititur veritati diuine que infallibilis est: et ita nō pōt ei subeē falsum. et iō talis fides pōt eē virtus.) Hec ille. Et hec de q̄one: de qua bñdictus deus. Amen. Dis. XXV.

¶ Utrum fides de visis esse possit. Questio vnica.



Circa vigessimamquintam distinctionem tertij sen. queritur. Utrum fides sit de visis. Et arguit̄ q̄ sic. Quia lumē fidei se hz ad articulos sicut lumē nāle ad pncipia nāliter cognita: sed lumen nāle facit videre pncipia per se nota. ergo et lumen fidei facit videre articulos.

In oppositum arguit̄. Quia ad Hebre. xi. dr̄. Fides est argumētū nō apparentium. ergo nō est de visis.

In hac questione sunt tres articuli. In primo ponent̄ cōclusiones In secundo obiectiones. In tertio solutiones.

Quantum ad primū articulū sit pma cōclusio. Fides non pōt esse de visis. Hanc pōit sctūs Tho. 2^a 2^e. q. pma: ar. 4° vbi sic dicit. (Fides importat assensum intell'us duplr̄ ad id: qd̄ credit̄. Assentit āt alicui itellectus duplr̄. Uno mō quia ad hoc mouetur ab ipō obiecto: qd̄ est vel per seipsum cognitum: sicut pz in pmis principijs: quorum est itellectus: vel est per aliud cognitū sicut pz de cōclusionib^o: quarum est scientia. Alio mō intellectus assentit alicui: nō quia sufficienter moueatur ab obiecto pprio: sed per quandā electionem volūtariā declinat magis in vnā pte q̄ in aliā: et si qdē hoc fit cū dubitatiōe et formidine alterius ptis: erit opinio. si āt fit cū certitudine absq3 tali formidine erit fides. Illa aūt videre dicimur: q̄ per seipsa mouent intellectum nostrum vel sensum ad sui cognitionē. Un̄ manifestum est q̄ nec fides: nec opinio pōt esse de visis fm sensum aut fz intellectū.) Hec ille. ¶ Itē ibidem arti. 6° in solutione secundi sic dicit. (Formalis ratio obiecti fidei pōt accipi duplr̄. Uno mō ex pte ipsius rei credite: et sic ratio formalis oīum credibilium est vna. s. prima veritas. Alio modo pōt accipi formalis ratio credibiliū ex pte nostra: et sic formalis rō credibilis est: vt sit non visum.) Hec ille. ¶ Ex quibus pōt formari talis ratio. Illud obiectū: qd̄ nō sufficit mouere sensum vel intellectum ad sui cognitionē: nō potest dici visum: sed obiectum fidei est huiusmōi. igit̄ etc. ¶ 2^a cōclusio. Fides nō est de scitis. Hanc ponit sctūs Tho. 2^a 2^e. q. pma arti. 5° vbi sic dicit. (Omnis scientia habet̄ per aliqua pncipia per se nota: et per cōsequens visa: et ideo opz q̄cunq3 sunt scita eē aliquo modo visa. Nō est aūt possibile q̄ idem ab eodē sit creditū et visum. vnde et impossibile est: q̄ ab eodem idem sit scitū et creditū. Pōt tn̄ contingere vt id qd̄ est visum vel scitū ab vno: sit creditū ab alio. Ea. n. q̄ de trinitate credimus: nos visuros spamus fm illud pme Cor. 13. Uidemus nūc per speculū et in enigmate: tūc autē facie ad faciem. quā qdē visionē angeli nūc habent. vnde qd̄ nos credimus: illi vident. Et sic silr̄ pōt contingere vt id: qd̄ est visum vel scitū ab vno hoīe etiā in statu vie sit ab alio creditū: qui hoc demōstratiue nō nouit. Illud tn̄ qd̄ cōmuniter oībus hoībus pponitur vt credendū est cōmuniter nō scitum: et ista sunt ea que simplr̄ subsunt fidei. et iō fides et scia nō sunt de eodem.) Hec ille. ¶ Item ibidem in solutione quarti sic dicit. (A diuersis hominibus de eodē omnino pōt haberi opinio et scientia: sicut et nunc dictum est de fide et scia: sed ab vno et eodē pōt qdē haberi opinio et scia de eodē fm qd. s. subiecto: sed nō fm idē. Potest enim esse q̄ de vna et eadē re aliqs aliqd scit: et aliud opinat̄. Et similr̄ de deo pōt aliqs demōstratiue scire: q̄ sit vnus et credere q̄ sit trinus. Sed de eodē fm idem nō pōt esse simul in vno hoīe scia nec cū opinione: nec cū fide: alia tn̄ et alia rōne: scia enim cū opinione simul esse non pōt simplr̄ de eodem: quia de rōne scie est: q̄ illud qd̄ scit̄ estimetur esse ipoīe aliter se habere: de rōne vero opinionis est q̄ illud: qd̄ opinat̄: estimet̄ esse possibile aliter se habere: iō nō pōt idē ab eodē esse simul scitum et opinatum. Sed illud qd̄ fide tenet̄ ppter fidei certitudinem estimatur esse impoīe aliter se habere: sed ea rōne non pōt idē fm idē simul esse creditū et scitū: quia scitum est visum: sed creditū est nō visum.) Hec ille. ¶ Ex qbus arguit̄ sic. Nullū nō visum est scitū: sed omne creditum est nō visum. igit̄ nullū creditū est scitū: et cōsequenter fides nō est de scitis. ¶ 3ª cōclo. Fides est certior simpliciter scientia: licet nō quo ad nos et fm qd. Hanc ponit scda scde. q. 4. ar. 8. vbi sic dicit. (Uirtutū intellectualiū due sunt circa cōtingentia. s. prudentia et ars: qbus pfert̄ fides in certitudine rōne sue mãe: quia est de eternis: que nō cōtingit aliter se habere Tres aūt alie virtutes intellectuales. s. sapia: scia: et intellect^o sunt de necessarijs. Sed sciendū est q̄ scia: sapientia: et intellectus dupliciter dicunt̄. Uno mō fm q̄ ponunt̄ virtutes intellectuales a phō. 6° ethi. Alio mō fm q̄ ponunt̄ dona spiritus sancti. Primo mō dicendum est: q̄ certitudo pōt duplr̄ considerari. Uno mō ex causa certitudinis: et sic illud dicit̄ esse certius: qd̄ hz certiorem causam. Et hoc mō fides est certior tribus predictis: quia fides innititur veritati diuine. tria aūt pdicta innituntur rōni humane. Alio mō pōt cōsiderari certitudo ex pte subiecti: et sic dicit̄ esse certius: qd̄ plenius cōsequitur intellectus hominis. Et per hunc modū: quia ea que sunt fidei: sunt supra intellectū hoīs: nō aūt ea que subsunt tribus predictis: ideo ex hac parte fides est minus certa. Sed quia vnūqdq3 iudicatur quidem simplr̄ fm causam: fz aūt dispositionē: que est ex pte subiecti: iudicat̄ fz qd: inde est q̄ fides est simplr̄ certior: sed alia sunt certiora fm qd. s. quo ad nos. Similr̄ si accipiantur tria pdicta fm q̄ sunt dona spiritus sancti in presenti vita cōparātur ad fidem: sicut ad pncipiū qd̄ supponunt: vn̄ scdm hoc etiam fides est eis certior.) Hec ille. ¶ Itē tertio sen. dis. 23. q. scda arti. scdo questiun. tertia sic dicit. (Certitudo nihil aliud est q̄ determinatio intellect^o ad vnū. Tanto aūt maior est certitudo: quanto fortius est qd̄ determinationem causat. Determinatur autem intellectus ad vnū tripliciter. In intellectu enim pncipiorum causatur determinatio ex hoc: q̄ aliqd per lumen intellectus agentis sufficienter inspici per se ipsum pōt. In scientia vero cōclusionū causatur determinatio ex hoc q̄ cōclusio fz actū rōnis in pncipia per se visa resoluit̄ In fide vero ex hoc: q̄ voluntas intellectui imperat. Sed quia voluntas nō hoc mō determinat intellectū: vt faciat inspici que credunt̄: sicut inspiciuntur pncipia per se nota: vel que ī ipsa resoluūt̄: sed hoc mō vt itellectus vni pti adhereat firmiter: iō certitudo que est scia et intelligentia est ex ipsa euidentia eorum q̄ certa esse dicuntur: certitudo autem fidei est ex firma adhesione ad id

De eodē nō fm idem pōt eē scia fides et opinio.

Sapientia scia et intellectus duplr̄ dicuntur. Cap. 4.

qδ creditur. Jn his ergo q̄ per fidē credimus rō volū/
tatez in clinās est ipsa p̄ma vitas siue deus: cui credit̄:
qui hz maiorē firmitatē q̄z lumen itellectus humani:
in quo cōspiciunt̄ p̄ncipia: vel rō hūana: ꝭm quā cōclu
siones in p̄ncipia resoluunt̄. Et iō fides hz maiorem
certitudinē q̄tū ad firmitatē adhesionis q̄z sit certitu
do scientie ⁊ intellectus: q̄uis in sciētia ⁊ intellectu sit
maior euidentia eoꝝ: quibus assentit̄. Hec ille. ❡ Ex
q̄bus pōt formari talis rō. Jllδ est simpl'r certius: cui⁹
ꝓxima cā ⁊ p̄ncipalis est efficacior: ⁊ certior: ⁊ ad oppo
sitū inuertibilior: sed assensus fidei: cā ꝓxima ⁊ p̄ncipa
lis est efficatior: determinatior: ⁊ certior: ⁊ ad oppositū
impermutabilior' q̄z cā assensus scie: aut sapie: aut itel/
lectus. igit̄ ⁊c. Et in hoc p̄mus articulus terminatur.

Quantum ad scd̄m articulū arguit̄ ꝯtra ꝯclo/
nes. Et q̄dē ꝯtra p̄mā argūt Aureo
lus ꝓbādo: ꝙ enigma vel ineuidētia nō sit de ratione
obi formalis fidei. ❡ Primo. Qꝛ obz fidei est directe
obiectū intellectus. ḡ non hz ꝑ formali rōne nisi illud
qδ directe cōtinet̄ sub obiecto formali intellectus: mō
ineuidentia cū sit p̄uatio nō cōtinetur directe sub obo
intellectus. ❡ 2°. Qꝛ ineuidentia est quedā denomina
tio obiecti in ordine ad potētiā: ⁊ est respcūs rōnis: vel
p̄uatio: ⁊ tale q̄d nō pōt esse obz fidei: q̄ est virtus theo/
logica. ❡ 3°. Qꝛ ipole est ꝙ p̄uatio sit formalis cōditio
obiecti habitus positiui: q̄ habitus tēdit in rōnem posi/
tiuam: mō fides est hītus positiuus: ineuidentia autez
est rō p̄uatiua. ❡ 4°. Qꝛ obm̄ fidei est veꝝ: cui adhere
tur ꝓpter auctoritatē: sed accidit auctoritati ꝙ sit eui/
dens aut ineuidens. ❡ Primo arguit ēt Durandus.

Arguit etiaz Duran. ꝯtra eādē. di. 24. q. p̄ma ar. 2°

Qꝛ formalis rō obiecti cuiuslibz habitus cognoscitiui
nō pōt esse negatiua vel p̄uatiua: sed fides est habitus
cognoscitiuus: rō aūt non visi est rō negatiua. ḡ rō non
visi nō pōt esse formalis rō obi fidei. Minor est nota
de se. maior ꝓbat̄. Qꝛ p̄mūz in qδ tendit habitus co/
gnitiuus non pōt esse negatio vel p̄uatio: qꝛ p̄uationes
nō cognoscunt̄ nisi ꝑ habitus: nec negationes nisi per
affirmatiōes. sz p̄mū in qδ tendit habitus cognitiuus
est obm̄ ꝭz formalē rōnē obiecti. ḡ formalis rō obiecti
habitus cognitiui nō pōt esse negatiua vel p̄uatiua. Et
hec fuit maior. sequit̄ ergo ꝯclo. ❡ 2° arguit ad idē. Qꝛ
formalis rō obiecti cuiuslibz habitus cognoscitiui nō
se tenet ex ꝑte habentis: sed ex parte obiecti: vt pz indu
cendo in oībus: sed rō nō visi tenet se ex parte habētis
fidē. ḡ nō est rō formalis obiecti fidei. Minor pz: quia
obm̄ est visum vel nō visuz: qꝛ actus vidētis cadit: aut
nō cadit super ipm̄. ❡ 3°. Si formalis rō obiecti fidei
esset nō visum: fortiori rōne formalis rō obiecti visio/
nis esset esse visum: sz hoc est falsum. ḡ ⁊ illud. Maior
pz: qꝛ oppositi habitus debēt hr̄e oba formalia opposi/
tarum rōnū: fides aūt ⁊ visio ꝭz te sunt oppositi hītus.
ergo si formalis rō obiecti fidei est esse nō visuz: oppo/
sita rō. s. esse visum: esset formalis rō obiecti visionis.
Qδ aūt hoc sit falsuz ꝓbatur: qꝛ obm̄ ꝭm suam forma
lē rōnē est p̄uiū actui: sed esse visuz nō est p̄uiuz actui
visionis: imo ex hoc aliq̄d dicit̄ visuz: qꝛ actus visiōis
cadit super ipsuz. ergo eē visum nō est formalis ratio
obiecti visionis. ❡ 4°. Qꝛ ad formalē rōnem obiecti
cuiuscunqz habitus cognoscitiui hn̄t attributionem
quecūqz ꝑtinēt ad cōsiderationē illius habitus: sed ad
rōnē nō visi nō hn̄t attributionē quecunqz ꝯsiderant̄
ꝑ fidē. ergo ⁊c. ❡ 5°. Qꝛ finis cuiuslibet habitus cogno
scitiui est ꝑfecta cognitio sui obiecti ꝭm formalē eius
rōnē: ⁊ ꝭm ea q̄ sibi attribuuntur. si ḡ formalis rō obti
fidei esset esse nō visuz: seq̄t̄ ꝙ finis ꝓximus ⁊ intrin/
secus fidei esset cognoscere ꝑfecte de deo qualr̄ sit nō
visus: ⁊ que sint illa: q̄ sibi attribuunt̄ q̄tinus est nō vi/
sus. hoc aūt est falsum. ḡ formalis rō obiecti fidei non
est rō nō visi. Hec Durādus in forma. ❡ Cōtra scd̄az
cōclusionē arguit idem Durandus: ꝓbando ꝙ fides q̄
est habitus a deo infusus possit simul stare cum scien/
tia in eodē subiecto ⁊ respectu eiusdem obiecti oino: ⁊
simpliciter. Primo. Qꝛ habitus fidei infuse se extēdit
ad omnia: que sunt nobis tradita reuelatione diuina: ⁊
maxime ad illa: que nō sunt ex alijs deducta: sed de q̄/
busdam talibus habent aliqui fideles veram scientiā.
ergo in illis sunt simul fides ⁊ sciētia de eodē. Maior

Utrum fides possit sil' cum scia stare.

patet de se. minor similiter manifesta est: qꝛ deum esse
vnum est traditum in sacra scriptura: sicut a deo reue/
latum: ⁊ nō ex alio deductum Deut. 6. Audi israel: do/
minus deus tuus vnus est. De hoc autem multi fide/
les habent veram scientiam ꝑ demōstrationē acquisi/
tam. ergo habitus fidei infuse: ⁊ habitus vere scientie
possunt simul stare. ❡ 2°. Quia non solum possunt si/
mul stare habitus scientie ⁊ fidei in eodem ⁊ respectu
eiusdem: imo actus talium habituum: qꝛ respectu ta/
lium: de quibus potest a viatore haberi vera scientia:
sicut est deum esse vnum: possunt simul stare actus fi/
dei ⁊ scientie. nō quidez sic: ꝙ sint diuersi actus: sed qꝛ
auctoritas diuina: ⁊ ratio demōstratiua possunt simul
ꝯcurrere ad causandū vnuz assensuz: de hoc ꝙ deus sit
vnus. Qδ pz: qꝛ ꝯcursum p̄dictorū nō pōt ipedire nisi
oppositio clari ⁊ obscuri: euidētis ⁊ nō euidentis: sz illa
nō ipedit. ergo. Qz aūt hoc nō impediat ꝓbatur. Ubi
aduertendū: ꝙ aliqua que ꝭm se sola hn̄t effectus con
ditionū incōpossibiliū pn̄t ꝯcurrere ad vnū effectum:
qui est cōmunis amboꝝ. verbi gratia. Lumen qδ cau
satur a sole: ⁊ lumen qδ causatur a luna: vel a sola stel/
la habent ꝯditiones incōpossibiles. s. claruz ⁊ obscurū:
⁊ tamen sol ⁊ stella quando sunt ex eadez parte hemi/
sperij concurrunt ad causandum vnum lumen in me/
dio: nō enim solus sol tunc illuminat: ⁊ stella nihil fa/
cit: cum omne lucens presens dyafano de necessitate
causet lumen: sed fit vnum lumen ab vtroqz nō seor/
sum ⁊ distincte agentibus: sed simul vt vnum agens.
Et cum in isto lumine non sit aliud lumen: ⁊ aliud cla/
ritas eius: sed vnum ⁊ idem loquendo de re: vtrunqz
taz sol q̄z stella est cā luminis ⁊ claritatis: nō q̄dez tota
lis: sz ꝑtialis: q̄uis nō ex quo: qꝛ ꝑfectior rō cāndi est in
sole ⁊ q̄si totalis: in stella aūt inferior ⁊ minima: ⁊ sen/
su iꝑceptibilis: nō tn̄ ꝯuincit: ꝙ non sit aliq̄: ⁊ ꝑꝑ hunc
excessuz v̄tutis illuminatiue in sole respectu stelle: qui
pz qn̄ seorsuz agūt: qꝛ tūc sol causat lumē clarū: ⁊ luna
obscurū: idcirco qn̄ sil' cānt vnū lumen clarū ꝑ appro/
priationē rōnis claritas attribuit̄ cālitati solis: ⁊ non

Utruz actus fidei ⁊ scie respectu eiusdē simul ⁊ in eodem esse possint.

stelle: q̄uis ꝭz rē totū sit ab ambobus vt a ꝑtialib⁹ cau
sis sil' cōcurrētib⁹: ⁊ tenētib⁹ locū vni⁹ cāe totalis. Et sic
pz ꝙ aliqua q̄ ꝭm se sola hn̄t effectus ꝯditionū incom/
possibiliū: pn̄t qn̄qz cōcurrere ad eūdē effectū: q̄ est cō
munis amboꝝ: rō aūt quare talis concursus est possi/
bilis est ista: qꝛ claruz ⁊ obscurū nō accipiunt̄ hic ꝓ ha
bitu ⁊ p̄uatiōe circa cōmune subm̄ ab vtroqz realiter
differens: vt sunt lumen ⁊ tenebra in aere: qꝛ cāe istoꝝ
scz luminis ⁊ tenebraꝝ ꝓ pura p̄uatione nūq̄z pn̄t cō/
currere ad cāndū eūdē effectū: cū effect⁹ vnius sit for/
maliter p̄uatio alterius: sz accipiunt̄ hic clarū ⁊ obscu
rum ꝓ gradu ꝑfectionis ⁊ iꝑfectionis in essentia lu/
minis: nec differt realiter talis gradus a lumine: ⁊ ta/
lis ꝑfectio ⁊ iꝑfectio est in effectu ex ꝑfectione vel iꝑfe
ctione sue cāe: ⁊ nō ex aliq̄ formali oppositione in cau/
salitate:

salitate: sicut q causa imperfecta seorsum agens causat imperfectū lumen. s. obscurum ppter defectū pfectionis virtutis: sed ipsa cōiuncta pfectiori virtuti et tenens cum ea locū vnius totalis cāe pfecte cāt perfectū lumen. s. clarum: qz iā nō deficit pfectio: que prius dficiebat: ex hoc ad ppositum: ois cognitio veritatis lumen qddā est: et lumē vocat ab Apostolo ephe. 3° vbi dicit sic. Mihi oīum sanctorum minimo data est gratia illuminare etc. i. dare cognitionem: que est qddaz lumen spūale: quedā cognitio clara est: qdaz obscura: nec talis claritas et obscuritas sunt habitus et pruatio circa cognitionē tāqz circa subm: qz tunc cā obscuritatis non posset concurrere cū cā claritatis ad cāndū vnā clarā cognitionē: queadmodū dictū est de cā luminis tenebrarum: sed sunt gradus pfectionis maioris vel minoris indifferētes realr ab eēntia cognitionis: et sic isti gradus in cognitiōe fm gradū perfectionis et iperfectionis consequenē pfectionē et imperfectionem in medio causante cognitionem: et non ex aliqua formali oppositiōe in cāsitate. Mediū ergo sumptū ex auctoritate: et mediū necessarium: si qdlibz eorum cāet seorsum aliam et aliā cognitionez conclusionis eiusdē: iste cognitiones erunt cōditionū incōpossibiliū: qz vna erit clara et euidens. s. illa que erit per medium necessariū ppter eius perfectionē in veritate et cōnexione ad cōclonem: alia vero erit obscura et ieuidēs: q erit per solam auctoritatē ppter defectū pdicte pfectionis que est in medio necessario. Sed si auctoritati iungat medium necessariū: iam non deficit in medio pfectio: que prius deficiebat: nec per cōns in cognitiōe deficiet claritas et euidentia: que prius deficiebat: imo erit vna cognitio clara et euidēs cāta ab illis duobus medijs tāqz a causis partialibus simul concurrentibus et tenentibus vicem vnius cāe totalis: claritas tn̄ illa et euidētia magis dz attribui fm rez medio necessario qz auctoritati: qz perfectius est: et fm se natū facere cognitionem claram et euidentē: quā fm se nō faceret auctoritas humana vel diuia. ¶ Tertio arguit. Qz vt dicit: satis durum vr dicere: q fidelis acqrens denuo scientiā: q deus sit vnus: non teneat ipm esse vnū: qz ipsemet deus i sacra scriptura hoc reuelauit. ¶ Quarto arguit. Qz in eodem: et de eadem cōclusione simul possit eē opio et scientia: qz mediuz contingens et auctoritas humana per se sola faciunt assensum dubium: mediū aūt necessariuz causat assensum certum: et hi duo assensus non possunt simul esse in eodem hoīe de eadē cōclusione: hoc tamē non obstante predicta mere in ratione mediorum pnt cōcurrere ad cāndum vnuz assensum: qui non erit simul nec successiue certus et dubius: sed tm̄ certus. Et sic in assensu nulla erit oppositio: aut repugnantia: sed certū et dubiū: clarum et obscurum: euidens et ineuidens: vt declaratum est: et sic patet: q medium necessariuz qūis excludat necessitatem auctoritatis humane: et cuiuslibet medij contingentis: non tamen excludit cōpossibilitatem eorum in ratione mediorum causantium vnum assensum: et hoc modo scientia et opinio: nec nō fides: q innitit auctoritati humane: possunt simul esse in eodē et de eodem: nō quidem vt distincti habitus causantes distinctos actus: sed qz media: que fm se nata eēnt cāre distinctos act9: ex qbus fierent in nobis distincti habitus: possunt concurrere ad causandum vnum assensū. ¶ Quinto arguit. Qz huic concordat cōmunis doctrina: que dicit q vnus homo potest simul cognoscere eādem conclusionem per mediū probabile et demōstratiuum: et alibi dicit q opinio potest stare cuz sciētia demonstratiua: qd non potest esse fm pluralitatez actuū

Utrū opinio et scia sit esse possint in eodem respectu eiusdem.

sed soluz eo modo: quo dictū est. ¶ Sexto arguit. Qz propria distinctio scientie et opinionis est: qz scientia ē habitus cōclusionis conclusē per mediū necessariuz: de cuius necessitate cōstat euidenter scienti: opinio vero ē habitus conclusiōis conclusē per mediū cōtingens: vel qd estimatur esse cōtingēs. Accipiendo aūt sic scientiaz et opinionē: constat: q actus scientie et opinionis. s. scire actualr et opinari actualr si sint diuersi actus fm rē: sic non possunt esse simul: qz plures actus intelligendi nō possunt esse simul in eodem intellectu fm cursum nature: ergo quando scire et opinari sunt plures et distincti actus: tunc non possunt esse simul in eodem intellectu: neqz de eadē cōclusione: neqz de diuersis: et hoc mō nō contingit vnum et eundem hominem simul scire et opinari: neqz idez: neqz diuersa. Si aūt plures actus intelligendi possunt esse simul: nihil prohiberet eundez hominem quandoqz simul scire et opinari eandem cōclusionē: et qn̄qz nō esset possibile: et q quandoqz esset possibile: pz: qz assentire conclusioni necessarie per medium contingens: qd estimat esse necessarium: est opinari: sed tale assentire potest esse simul cum scire: cum nullam habeat cum eo repugnantiam: ergo tale opinari et scire possunt esse simul in eodem. Maior patet: qz tale assentire non est scire: cum sit per medium: qd est realiter contingens: nec est actus cuiuscunqz alteri9 habitus qz opinionis: qz querā quis est ille habitus: et nō poterit dari nisi fingat nouus habitus pter illos: de qbus locutus est phs: quare etc. Nec obstat: qz talis decipitur estimando medium: qd est cōtingens: esse necessarium: qz non est contra rationez opinionis decipi tā circa conclusionem opinatā qz circa mediū: per qd cōcludit: opinatiue. n. contingit verum et falsum dicere: vt habetur. 3. ethic. et sic patet maior. Minor pbat: qz illi actus qui se habent conformiter ad conclusionez: nullaz hnt repugnantiam formalez: quin possint simul eē in eodem homine de illa conclusione: sed scire aliquā conclusionem: et opinari eandem per medium contingens: qd estimat esse necessarium: se hnt conformiter circa cōclusionē: qz p vtrūqz estimat cōclusio eē necessaria et impossibilis aliter se habere: ergo scire et opinari sic acceptum nullam habent formalem repugnantiā: quin possint esse simul in eodē homine: et de eadem cōclusiōe. ¶ Et si dicat q decipi opponit ei: qd est scire: sed sic opinari est decipi: ergo opponitur ei: qd est scire et sic ista non poterunt simul esse. ¶ Dicēdū est ad hoc q scire et decipi circa idem opponunt: nec possunt esse simul: sed scire et decipi circa diuersa non opponuntur: nec sunt incompossibilia in eodem: alioquin qui sciret vnam conclusionem: non posset decipi circa qūcunqz aliam: qd est falsum. Modo in pposito nostro scire et decipi non sunt circa idem: qz opinians non decipitur circa conclusionē: que est eadem respectu vtriusqz actus sciendi et opinandi: qz opinās estimat eā esse necessariam sicut vere est: sed solū decipit circa mediuz: qd estimat esse necessariū: cuz tn̄ sit cōtingens. Nō est aūt idem mediū sciendi et opinādi: sed aliud: propter qd tale decipi non opponit ei: qd est scire eandē cōclusionē p aliud medium. Et sic pz: q si plures actus intelligendi possent esse simul: nihil phiberet eundē hoiem scire et opinari eandē cōclusionem: qn̄ opinans estimat medium: qd est cōtingens esse necessariū. Si aūt opinās estimet mediū suum esse cōtingens: tunc tale opinari non pōt esse simul in eodē cū scire. ¶ Septio arguit: q habitus scie et opinionis possit stare simul in eodē et de eadem cōclone: qz illi habitus sunt cōpossibiles: q cānt ex

Utrum habitus scie et opinionis possint stare simul in eodem et d eadem cōclone.

talis ꝑncipij: tñ ex inclinatiōe nature vniuersalis: qua/
rum inclinationum particularis subseruit vniuersali.
De hoc scūs Tho. de potentia dei. q. 6. arti. pmo in so/
lutione. 17. sic dicit. (In qualibet re naturali est natura
lis ordo ⁊ habitudo ad omnes causas suꝑiores. Et ide
est ꝙ illa: que fiunt in corporibus iferioribus ex ipres/
sione corporum celestium: nō sunt violenta: licꝫ videā
tur esse contraria naturalibus motibus inferioruꝫ cor/
porum. vt patet in fluxu ⁊ refluxu maris: qui sequitur
motum lune: ⁊ multo minus est violentuꝫ: qđ a deo fit
in istis inferioribus.) Hec ille. ¶ Ex quibus patet: ꝙ
aqua naturaliter inclinatur ad ascendendum ⁊ dimit/
tendum locum suum ꝓpter bonum vniuersi: dato ꝙ
principium effectiuum illius motus sit corpus celeste:
vel alia virtus regitiua vniuersi. ¶ Ad 4ᵐ respondit
sanctus Tho. pma parte. q. 60. art. 5. vbi arguit sic pmo
loco. (Dilectio naturalis fundatur super vnione nāli:
sed natura diuina maxīe distat a natura angelica. ergo
naturali dilectione angelus minus diligit deum q̄ꝫ se:
vel aliuꝫ angeluꝫ.) ¶ Ecce argumentū sile isti. ¶ Se
quitur rñsio. (Dōm (inquit) ꝙ illa ratio ꝓcedit in his
que ex equo diuiduntꝛ: quoꝝ vnum nō est alteri ratio
existendi ⁊ bonitatis. In talibus eniꝫ vnūqđqꝫ magis
diligit naturaliter se ipsum q̄ꝫ alium: quantum est sibi

magis vnũ q̃ alteri:sed in illis:quoꝝ vnuz est tota rõ
essendi ⁊ bonitatis alteri magis diligit naturaliter al/
terum q̃ se ipsum:sicut dictuz est:ꝙ vnaqueq3 pars na
turaliter diligit totum plusq̃ se:⁊ qòlibet singulare na
turaliter diligit plus bonum sue speciei q̃ bonum suũ
singulare. Deus aũt nõ solum est bonũ vnius spẽi:sed
est ipsum vl'e bonũ simpl'r. vñ vnũqòq3 suo mõ nãl'r
plus diligit deum q̃ se ipsum.)Hec ille. ¶ Ex qbus
p3:ꝙ cã dilectionis nãlis nõ solum est vnio vel vnitas
dilecti ad diligentem:imo cõtinentia in esse ⁊ bonitate
diligentis a re dilecta:⁊ hoc mõ deus cõtinet oẽm crea
turã in esse ⁊ bonitate plusq̃ creatura ꝯtineať a seipsa
vel a suis ṗncipijs intrinsecis. Et simil'r deus est causa
vnitatis ⁊ vnionis cuiuslibꝫ rei ad seipsam:vel ad qò/
cũq3 aliud:⁊ iõ lic3 sit minus vnitus creature q̃ crea/
tura sibijpsi:nõ sequiť ꝙ minus diligatur. ¶ Ad 5m p3
respõsio ꝑ predicta supius:qꝛ nõ oĩs dilectio dei super
oĩa est supnãlis:sed solũ illa q̃ charitas diligit deuz:vt
ṗmũ ṗncipiũ beatitudinis. Uñ scũs Tho. ṗma pte. q.
60. arti. 5. arguit sic 4° loco. (Hoc vř esse ꝓpriũ chari/
tatis:vt aliqs deum plusq̃ seipsuz diligat:sed dilectio
charitatis nõ est nãlis:s3 diffundiť in cordibus nostris
ꝑ spiritũ sanctũ. igitur angeli nãli dilectione nõ diligũt
deũ plusq̃ seipsos.) ¶ Ecce argumentũ. ¶ Sequitur
rñsio. (Dõm (inquit) ꝙ deus s3 ꝙ est vl'e bonũ:a quo
dependet oẽ bonũ nãle:diligiť nãli dilectione ab vno/
quoq3:inq̃tũ vero est bonũ beatificans vl'r oẽs supna
turali beatificatione sic diligiť dilectione charitatis.)
Hec ille. ¶ Ad 6m p3 rñsio ꝑ idem. De hoc scũs Tho.
ṗma 2e. q. 109. arti. 3° in responsione ṗmi sic dicit. (Cha
ritas diligit deũ sup oĩa eminentius q̃ nã. Nã enim di
ligit deũ super oĩa:put est ṗncipiu3 ⁊ finis nãlis boni.
Charitas aũt sm ꝙ est obiectum beatitudinis:⁊ sm ꝙ
hõ h3 quãdã societatẽ spũalem cum deo. Addit ẽt cha
ritas supra nãlem dilectionez dei ꝓmptitudinẽ q̃dã3
⁊ delectationẽ:sicut ⁊ quilibet habitus virtutis addit
super actum bonũ:q fit ex sola naturali rõne hoĩs vir/
tutis habitum nõ hñtis.) Hec ille. ¶ Ad 7m respondit
scũs Tho. 2a 2e. q. 26. ar. 3°. in solutione primi dicens.
(Pħus loquiť de amicabilibus:que sunt ad alteꝝ:
in quo bonũ:qò est obm amicitie:inueniť sm aliquem
pticularem modũ:non aũt de amicabilibus:que sunt
ad alterũ:in quo bonũ ṗdictũ inueniť sm rõnẽ toti9.)
Hec ille. ¶ Ad 8m dř:ꝙ talis hereticus nõ diligit deũ
super oĩa dilectione charitatis:cũ peccet mortal'r ꝯtra
deum:nec exponit se morti ꝓpter deũ:si ly ꝓpter dicat
vltimum finẽ sũme dilectum:ad quem se ⁊ oĩa alia re
fert. Forte tñ exponit se morti ꝓpter deũ: si ly ꝓpter
dicat cãm materialẽ:qꝛ. s. materia ꝓ cuius defensione
se exponit morti tangit aliquem articulum fidei circa
deũ:⁊ ẽt si ly ꝓpter dicat finẽ nõ vltimũ:sed finem cõ
cupitum:⁊ finaliter relatũ. Talis enim hereticus vult
adipisci deũ:sed qꝛ vtitur deo ⁊ nõ fruiť:deũ refert ad
se ipsu3. ¶ Dicatur vlteri9:ꝙ talis hereticus:qꝛ nõ h3
nãm integram:sed in ṗmo parente viciatã non diligit
deũ sup oĩa dilectione nãli:sed hoc nõ est cõtra cõclo/
nem:que solũ vult:ꝙ oĩs nã in sua integritate cõsistẽs
Quelibet nã non viciata peccato dili/git deum sup omnia:secus de viciata. diligit deũ sup oĩa:secus est de nã a sua integritate col/
lapsa. De hoc scũs Tho. ṗma 2e. q. 109. artic. 3° sic dicit.
(Diligere deũ super oĩa est qòdãmõ cõnaturale hoĩ:⁊
ẽt cuilibet creature nõ solum rõnali:sed etiã3 irrõnali
⁊ inanimate sm modũ amoris:qui vnicuiq3 creature
cõpetere põt. Cuius rõ est:qꝛ vnicuiq3 nãle est ꝙ appe
tat:⁊ ꝙ amet sm ꝙ aptum natũ est:sic enim vnũqòq3
agit:put aptũ natũ est:vt diciť 2° phi. Manifestũ est
aũt ꝙ bonum ptis est ꝓpter bonũ totius:vnde ẽt nãli
appetitu vel amore vnaqueq3 res pticularis amat bo/
num suũ3 ꝓpriũ ꝓpter bonũ cõmune totius vniuersi:
qò est deus. vñ et Dionysius dicit in libro de diuinis
no. ꝙ deus cõuertit oĩa ad amorez suipsius. Uñ hõ in
statu nãe integre dilectionẽ sui referebat ad amorem
dei sicut ad finẽ:⁊ simil'r dilectionẽ oĩum aliaꝝ rerũ:
⁊ ita deum diligebat plus q̃ seipsu3:⁊ super oĩa. S3 in
statu nãe corrupte hõ ad hoc deficit sm appetitum vo
luntatis rõnalis:que ꝓpter corruptionẽ nãe sequiť bo
num priuatũ:nisi saneť per grãz dei:⁊ ideo dõm ꝙ hõ
in statu nature integre nõ idigebat dono gratie supad/
dite nãlibus bonis ad diligendu3 deũ nãliter sup oĩa:
lic3 indigeret auxilio dei ad hoc eum mouentis. S3 in
statu nature corrupte:indiget ẽt homo ad hoc auxilio
gratie nãm sanantis.) Hec ille. ¶ Item ṗma pte. q.
60. arti. 5°. sic dicit (Quidam dixerunt:ꝙ angelus nãli
dilectione diligit deum plus q̃ seipsum amore concu/
piscentie:qꝛ. s. plus appetit sibi bonum diuinũ q̃ bonũ
suum:⁊ quodãmodo amore amicitie:inq̃tum. s. nãl'r
angelus vult deo maius bonũ q̃ sibi:vult enim natu/
raliter deum esse deum:se aũt vult habere ꝓpriaz na/
turam. Sed simpl'r loquendo plus diligit se naturali
dilectione q̃ deum:qꝛ intensius ⁊ ṗncipalius diligit se
q̃ deuz nãl'r. Sed falsitas huius opinionis apte appet
si quis in rebus naturalibus cõsideret ad qd res nãlis
moueatur natural'r. Inclinatio enim nãlis in his:que
sunt sine ratione demonstrat naturalẽ inclinationẽ in
voluntate intellectualis nature. Unũqòq3 aũt in re/
bus nãlibus:qò sm nãm hoc ipsum:qò est alterius:est
ṗncipalius ⁊ magis inclinať in id:cuius est:q̃ in seips3.
Et hec naturalis inclinatio demonstrať ex his:q̃ nãl'r
aguntť:qꝛ vnũqòq3 sicut agiť nãl'r:sic aptũ natũ est agi
vt diciť 2° phi. Uidemus enĩ3 ꝙ nãl'r pars exponit se
ad conseruationẽ totius:sicut manus exponiť ictui ab/ Lex.cõ.7i.
sq3 deliberatione ad cõseruationẽ totius corpis. Et qꝛ
rõ imitatur nãm. hmõi imitationẽ inuenimus in vir/
tutibus politicis. Est enim virtuosi ciuis:vt se exponat
ꝑiculo mortis pro totius rei publice cõseruatione:⁊ si
homo esset nãl'r pars huius ciuitatis:hec inclinatio eẽt
ei nãlis. Qꝛ ergo bonu3 vl'e est ipse deus:⁊ sub hoc bo/
no continetur ⁊ angelus:⁊ homo:⁊ oĩs creatura:qꝛ oĩs
creatura nãl'r sm id:qò est dei est:sequiť ꝙ nãli dile/
ctione angelus ⁊ hõ plus ⁊ ṗncipalius diligat deum q̃
se ipsum. Alioqn si nãl'r plus diligeret seipsum q̃ deũ:
sequeretur ꝙ naturalis dilectio esset peruersa:⁊ ꝙ non
ꝑficereť ꝑ charitatẽ:sed destrueretť.) Hec ille. ¶ A ṗm
Duran. diciť ṗmo:ꝙ similitudo de ciue exponente se
morti ꝓpter bonũ ciuitatis ⁊ rei publice bonũ est. Nec
instantie ꝯ hoc adducte valent. Cum. n. dř ꝙ nõ iõ ex/
ponit se quasi plus diligat bonũ cõe ꝓprio bono eius
excluso q̃ suum ꝓprium bonũ:falsum est:qꝛ virtus po
litica inclinat ad preeligẽdũ finẽ his:que sunt ad finẽ.
Cõstat aũt ꝙ bonũ cõmune rei publice siue includat
hunc particularem ciuem:siue nõ est finis huius parti
cularis ciuis. ergo virtus moralis inclinat hunc pticu/
larem ciuem ad prediligendũ bonum reipublice: siue
includat illum particularẽ ciuem siue nõ q̃ suũ ṗuatũ
bonum. ¶ Diciť 2° ꝙ ciuis exponens se morti pro re
publica nõ vult sibi maius bonum q̃ rei publice:imo
minus:qꝛ vult suum esse:⁊ suum agere:⁊ viuere:ꝑdi:⁊
desinere esse:vt eẽ:⁊ viuere:⁊ agere ciuitatis ꝑmaneat:
¶ Et qò diciť ꝙ in hoc acquirit sibi maximũ bonu3. s.
bonum virtutis ⁊c. ¶ Diciť ꝙ hoc penitus nihil val3.
Tum qꝛ illud bonu3 magis acquirit ciuitati q̃ sibi:qꝛ
bonum

bonum partis magis est totius q̃ partis. Tum q2 non suppositā beatitudine supernaturali:nec alia vita preter istā beatā:quā nō supposuerūt multi ciues virtuosi infideles exponentes se morti p cōmunitate:diutius gaudet cōmunitas de illo actu virtutis q̃ ciuis ille pticularis:q talē actū exercuit:q2 cōmunitas p illo actu gaudet ꝛ honorat post mortē illius ciuis. Tum q2 posito:sed nō concesso:q talis actus virtutis esset bonum pticularis ciuis magis q̃ ciuitatis:adhuc nō infert ppositum:q2 ciuis virtuosus nō ideo exponit se morti p ciuitate:aut bono cōmuni:vt.s.ciuitas bene habeat in diuitijs:aut bene viuat quo ad vitā vegetatiuam:aut sensitiuam:sed vt bene viuat sm intellectū ꝛ rōnē: hoc est virtuose. Ille enim est finis ciuitatis:ꝛ illud est bo^m rei publice sm phm in politicis. Constat aūt q virtuosa operatio ꝛ felicitas ciuitatis preponderat virtuose operationi ꝛ felicitati pticularis ciuis:ꝛ sic ciuis moriendo p felicitate ciuitatis maius bonū vult ciuitati q̃ sibi ipsi. ¶ Dicit 3° q Aristoteles.9.ethicorum in capitulo. Dubitabit aūt vtrū opz amare se ipsum maxime ꝛc. licet videatur dicere:q bonus exponendo se morti p amicis ꝛ patria maximū bonū vult sibi:tn̄ de republica ꝛ bono cōmuni rei publice pum ibi loquitur:sed de amicis. Propter qd nō pōt ex hoc argui q mens eius sit q aliquis virtuosus plus diligat puatū bonū q̃ bonum rei publice:cum expresse dicat pmo ethi.q bonū gentis ꝛ ciuitatis amabilius est ꝛ diuinius q̃ bo^m vni°: sed vult q virtuosus moriendo p amico suo particulari maius bonū optat sibi q̃ amico:tn̄ quecūq3 fuerit mens Aristotelis:ibidē nō refert ad ppositū:q ex dictis eius alibi habet veritas intenta. ¶ Ad 2^m dicitur: q vtiq3 verū est:q plus d3 quilibet dolere:si fecit contra bonū virtutis:q̃ si tota ciuitas residua fecisset contra bonū virtutis ceteris pibus:ꝛ hoc plus intensiue:nō tamen plus extensiue. Sed vlterior consequētia non valet:qua infert q plus d3 velle sibi bonū virtutis:q̃ cōmunitati. Cuius rō est:q2 facere ɔ bonū virtutis vel cōtra deū repugnat directe amori virtutis:sed carere bono virtutis nō est culpa:sed pena:nisi proueniat ex culpa:ꝛ ideo in aliquo casu pōt eligi saltē per accidēs ad vitandū maius malum:puta ne tota cōmunitas priuet bono virtutis. Et ideo nō ita directe opponitur amori virtutis:vel dei sicut facere cōtra bonū virtutis aut dei:qd in nullo casu eligi d3. Concedit ergo q q13 plus d3 diligere bonū virtutis cōmunitati q̃ sibi ipsi: ꝛ similiter beatitudinē potissime pfecte cōmunitati qualis est cōmunitas oium electorum. Et de hoc sanctus Tho.2°2^e.q.26.arti.4.vbi arguit sic.3°.loco.(Prima Cor.13.dr̄:q charitas nō querit que sua sunt:sed illud maxime amamus:cuius bonū maxie querimus. ergo per charitatē aliquis nō amat se ipsū plusq̃ pximū.) ¶ Ecce argumentū. ¶ Sequit rn̄sio.(Sicut(inqt) dicit Augu.in regula:cū dr̄ charitas nō querit que sua sunt:sic intelligit:q cōia ppriis nō ppria cōmunibus anponit:semp aūt bonum cōe est magis amabile vnicuiq3 q̃ ppriū bonū:sicut ēt ipsi pti est magis amabile bo^m totius q̃ bonū ptiale suipsius:vt dcm̄ est.) Hec ille. ¶ Ex qbus p3:q qlibz plus d3 velle bo^m vtutis toti cōitati q̃ sibi ptiali:nisi in casu vbi ex priuatione talis boni vtutis ptiali derogaret alicui bono vltiori q̃ sit tota cōitas:quale bonū est deus:cui derogat:dū aliqd fit ɔ illū peccando. Et ide3 dico de beatitudine:q13 enim d3 potius velle:q tota nā humana vel tota ciuitas electorum hēat grā3 ꝛ gloriā sine ipso:q̃ si ipse sol° haberet grā3 ꝛ gloriā:dū tn̄ sua puatio nō veniret ex culpa sua:q2 i h derogaret vltiori bono.s.deo. De hoc silr loquitur.S.Tho.in de virtutibus.q.de charitate.art.xi.in solutione.6.vbi ostendit:q ad amorē dei ptinet: vt qs interdū velit separi a fruitione dei pp salutē proximi. Ait enim sic.(Hec est dr̄ia inter amicitia3 honesti ꝛ delectabilis:q in amicitia delectabilis amicus diligitur pp delectationē:in amicitia aūt honesti amicus diligit pp seipsum:sed delectatio puenit ex cōsequenti. Ad pfectionē igitur amicitie ptinet:vt aliqs pp amicum interdū abstineat ēt a delectatione:quā h3 in eius pntia in eius seruitijs occupatus. Scdm̄ igit hāc amicitiā plus amat aliquē:q ab eo se absentat pp amicū: q̃ q a pntia amici discedere nō vult ēt pp̄ter amicū: sed si qs libenter vel faciliter a pntia amici diuellatur in alijs magis delectatus:vel nihil vel parum pbatur amicum diligere. Hos igit.3.gradus considerare possumus in charitate. Deus aūt est maxime pp seipsum diligendus. Sunt eni3 q libenter vel sine magna molestia sepantur a vacatione diuine cōtemplationis:vt terrenis nogocijs implicent:ꝛ in his nihil vel modicū charitatis apparet. Quidā vero in tantū delectant in vacatione diuine cōtemplationis:q eam deserere nolunt:etiam vt diuinis obsequijs mancipant ad salutē pximorū. Quidā vero ad tm̄ culmen charitatis ascendunt:q etiam diuinā cōtemplationē:l3 in ea maxime delectentur:ptermittūt:vt deo seruiant in salute proximorum. Et hec pfectio in Paulo apparuit:q dicebat Ro.9. Optabā ego ipse anathema.i.separatus esse a christo p fratribus meis:ꝛ Phil. pmo. Desideriū habens dissolui:ꝛ esse cū xpo:pmanere aūt in carne necessarium est pp vos ꝛc.) Hec ille. ¶ Utrum autē deberet qs velle potius se solū deū offendere:q̃ si tota residua cōitas hūana deū offenderet. ¶ Dicit q nō:q2 i nullo casu d3 velle derogare bono diuino. Et lic3 magis derogaretur bono diuino si totū genus humanum deum offenderet q̃ si ipse solus deū offenderet:ꝛ magis lederetur totū genus humanū q̃ si ipse solus caderet:hoc nō obstāte dicit vt supra:q2 in illo casu nō derogatur bono diuino:vt est bo^m eius:cū remaneat rectus ordo huius ad deū vt ad finē. Si aūt ipse peccaret:derogaretur eidem:vt est bonū huius. ¶ Itē si iste offenderet deū:hoc cederet ei in malū culpe:si aūt totū genus humanū isto excepto offenderet deū:hoc non cederet isti nisi in malū pene:fugibilius aūt est sine quacūq3 proportione malū culpe q̃ malū pene in eodē subo. Rursus q2 offendere deu3 piudicat amori diuino:nō autē esse ptē multitudinis offendentis:ipso excepto:deum. ¶ Ad 3^m dicit pmo:q exponere se morti p alio nō est sufficiens signū:q exponens diligat aliū plusq̃ se simpliciter. Et de hoc sanctus Tho.3°.sen.dis.29.q. prima arti.5° in solutiōe tertij sic dicit.(Tradere seipsū morti pp̄ter amicū:est pfectissimus actus virtutis. vnde hunc actum magis appetit virtuosus q̃ vitam ppriā corporalem. Unde q aliqs ppriam vitā corporalē pp amicū ponat:nō cōuenit ex hoc:q aliqs plus amicū q̃ se ipsum diligat:sed q2 in se plus diligit qs bonum virtutis q̃ bonū corporale.) Hec ille. ¶ Et simile dic scda scde.q.26.artic.4.in solutione scdi. ¶ Dicit scdo: q exponere se morti p alio:siue illud aliud sit cōitas: siue puata psona:est sufficiens signū:q exponens plus diligit vitam corpalē alterius q̃ ppriā:vel felicitate3 alterius q̃ vitam ppriā corporalē. Et ex hoc sufficienter arguitur:q aliqua pars politice cōmunitatis plus diligit bonū totius q̃ suum bonū ptiale:q2 iste ciuis minus diligit se sm vitā corporalē q̃ rē publicā:lic3 ex

7°.poli.lec. prima.

Cap.9.

Cap.p̄.insi.

Carere bono vtutis est eligibile non aūt facere ɔ bonū vtutis.

Nullibz diligere deberet ponus totū genus humanū q̃ seipsū solū peccare.

Exponere se morti p alio non est sufficiens signū q exponens diligat aliū plusq̃ se simpliciter:secus sz aliqd vt infra.

Signum ꝙ ciuis magis simplr diligat bonū cōmunitatis q̄ suū ꝓpriū.

hoc nō ostendatur: ꝙ iste ciuis simpliciter plus diligit cōmunitatē q̄ seipsum. ⁋ Dr̄ 3°: ꝙ sufficiens signum ꝙ ciuis virtuosus diligit plus bonū cōmunitatis simpliciter q̄ suū ꝓpriū est hoc: q2 suū esse: viuere: ꝛ agere vult ꝑdi ad saluandū felicitatē ciuitatis: ad quā ordinat se ꝛ sua: siue vitam: siue mortē: sicut in finē ꝓximū eo mō: quo totū est finis sue ꝑtis. Multi aūt fuerūt ciues isto mō exponentes se morti ꝑ ciuitate. ⁋ Ad 4m dr̄ p̄mo: ꝙ quātūcūq3 fides infusa vel acq̄sita ondēret deū esse diligendū sup oia sub spāli rōne: puta beatificatiua: vel ꝓut est obm beatitudinis: nō ꝓpter hoc voluntas tenderet in deum sub illa rōne facilr: ꝓmpte: ꝛ delectabilr: ꝛ ꝫm modū v̄tutis: nisi esset habituata aliquo habitu supnaturali. De hoc scūs Tho. 2a 2e. q. 23. arti. 2° sic dicit. (Nullus actus ꝑfecte ꝓducit̄ ab aliq̄ potētia passiua: nisi sit ei cōnālis ꝑ aliquā formā: q̄ sit p̄ncipiū actionis. Vn̄ deus q oia mouet ad debitos fines singulis rebus indidit formas: ꝑ quas inclinant̄ ad fines sibi p̄destinatos a deo. et ꝫ3 hoc disponit oia suauiter: vt dr̄ Sap. 8. Manifestū est aūt ꝙ actus charitatis excedit nām potentie volūtatis. nisi igit̄ aliq̄ forma supaddereē nāli potentie: ꝑ quā inclinaret̄ ad dilectionis actū ꝫm hoc esset actus iste iperfectior actibus nālibus ꝛ actibus aliaꝝ v̄tutū: nec esset facilis ꝛ delectabilis. Qd̄ ꝑ3 esse falsu3: q2 nulla virtus h3 tātā inclinationē ad suū actū sicut charitas: nec ita delectabiliter opat̄. Vn̄ maxime necesse est: ꝙ ad actū charitatis existat in nobis aliqua hitualis forma supaddita nāli potentie inclinans ipsam ad charitatis actū: ꝛ faciens ea3 ꝓmpte, ꝛ delectabiliter opari.) Hec ille. ⁋ Itē. q. 24. ar. 2°. (Charitas est amicitia q̄dā hoīs ad deū fundata sup cōicatione beatitudinis eterne. Hec autē cōicatio nō est ꝫm bona nālia: s3 ꝫm dona gratuita: q2 vt dicit̄. Ro. 6. Gr̄a dei vita eterna. vn̄ ꝛ ipsa charitas facultatē nāe excedit. Qd̄ aūt facultatē nāe excedit nō pōt eē nāle: neq3 ꝑ potentias nāles acq̄sitū: q2 effectus nālis nō transcendit suā cām. Vn̄ charitas nō pōt esse nālr nobis indita: neq3 actione nāli est acq̄sita: s3 ꝑ infusionē. s. s. q est amor p̄ris ꝛ filij: cuius ꝑticipatio ī nobis est ipsa charitas creata ꝛc.) Hec ille. ⁋ Ex q̄b9 ꝑ3: ꝙ charitas est necessaria ad eleuandū volūtatē ad actū supnaturalē. ⁋ Dr̄ scd̄o: ꝙ positio nostra nō tenet: ꝙ charitas eleuet nām tm̄ ad diligendū deū amore cōcupiscētie: imo p̄ncipalius eleuat eā ad diligēdū deu3 amore amicitie. Per charitatē eni3 volumus deu3 esse sūme beatū in se: ꝛ diffusiuum sue btitudinis in nobis: ꝛ ita sub alia rōne diligit deu3 nā ꝛ charitas amore amicitie: q2 nā optat ꝛ vult deū eē sūme bom nālr: ꝛ p̄ncipiū oīs boni nālis: charitas aūt vult deū eē sume beatū ꝛ p̄ncipiū beatitudinis. ⁋ Ad 5m dr̄: ꝙ recte concludit: ꝙ charitas eleuat nām ad diligendū amore amicitie vltra illud: qd̄ posset ex puris nālibus: s3 in vlteriori processu est fallacia ꝯsequētis. q2 nō op3: ꝙ si charitas eleuat nām ad amandū deū amore amicitie vltra id: qd̄ pōt sine charitate: ꝙ eleuet solū q̄tū ad modū diligēdi. s. super oia. ꝛ ꝑꝑ se: imo ad hoc sine charitate sufficit nā: vt supius sepe dictū ē: s3 eleuat q̄tū ad rōnē diligēdi: q2 charitas diligit deū amore amicitie: vt summe btm̄: ꝛ amore cōcupiscentie: vt p̄ncipiū ꝛ ob3: ꝛ fontem beatitudinis. ⁋ Ad cōfirmatione3 dr̄: ꝙ includit duo falsa: p̄m est ꝙ ꝑ dilectionē nāle3 hō plus diligat se q̄ qd̄cūq3 aliud. 2m est ꝙ ex sola gr̄a: ꝛ nō ex alio p̄ncipio nā humana in sua integritate cōsistens sufficiat diligere deū sup oia alia. ⁋ Ad 2am cōfirmationē dr̄. ꝙ similitudo penitus nō valet: ꝙ deus ꝓ statu vie nō pōt a nobis imediate cognosci: pōt aūt a nobis imediate amari: ꝛ iō nō op3 ꝙ nālis dilectio dei incipiat a creaturis: imo tam dilectio nālis q̄ supnālis vtraq3 pōt incipere a deo. ⁋ De hoc scūs Tho. 2a 2e. q. 27. ar. 4. sic dic. (Actus cognitiue virtutis ꝑficit̄ ꝑ hoc qd̄ cognitū est in cognoscente: actus aūt v̄tutis appetitiue ꝑficit̄ per hoc ꝙ appetitus inclinatur in rē ipsa3: ꝛ iō op3 ꝙ mot9 appetitiue v̄tutis sit in rebus ꝫm cōditionē ipsaꝝ reꝝ: actus aūt cognitiue v̄tutis est ꝫm modū cognoscentis. Est aūt ipse ordo rerū talis ꝫm se: ꝙ deus est ꝑ se ipm cognoscibilis ꝛ diligibilis: vtpote essentialr existēs ipa veritas ꝛ bonitas: ꝑ quā alia ꝛ cognoscunt̄ ꝛ amantur: sed quo ad nos: q2 nostra cognitio a sensu ortū h3: p̄us sunt cognoscibilia: que sunt sensui ꝓpinquiora: ꝛ vltimus terminus cognitiōis est in eo: qd̄ est maxie a sensu remotū. Scd̄m hoc q̄ dd̄m: ꝙ dilectio q̄ est actus appetitiue virtutis: ēt in statu vie tendit in deum p̄mo: ꝛ ex ipso deriuant̄ ad alia: ꝛ ꝫm hoc charitas deū imediate diligit. alia vero mediāte deo. In cognitione v̄o est eꝯ: q2. s. ꝑ alia deū cognoscimus: sicut cā3 ꝑ effectus: vel ꝑ modū essentie: aut negationis: vt ꝑ3 per Dionysium in libro de diuinis no.) Hec ille. ⁋ Itē in solutione scd̄i sic dicit. (Dilectio dei est aliq̄d maius q̄ eius cognitio maxime scd̄m statū vie: iō presupponit ipsa3. Et q2 cognitio non q̄escit in rebus creatis: sed per eas in aliud tendit: ideo in illo dilectio incipit: ꝛ ꝑ hoc ad alia deriuatur per modū cuiusdā circulationis: dum cognitio a creaturis incipiens tendit in deū: ꝛ dilectio a deo incipiens: sicut ab vltimo fine ad creaturas deriuat̄.) Hec ille. ⁋ Ex q̄bus appꝫ: ꝙ illa cōfirmatio in silitudine quā ꝓponit cōtinet duo falsa. Primu3 est: ꝙ cognitio supnālis incipiat a deo: hoc eni3 oīno falsu3 est: q2 oīs cognitio dei in vie statu incipit a creaturis. 2m est: ꝙ dilectio dei nālis semꝑ incipiat a creaturis. Hoc eni falsu3 est: q2 amor nālis q̄nq3 incipit ab vltimo fine: q est deus. ⁋ Ad 6m ꝑ3 rn̄sio ex solutiōe. 5. ꝛ. 6. Scd̄o. q2. s. diligere deū ꝑꝑ deū: ꝛ se: ꝛ oia ꝑꝑ deū inq̄tū est ob3 beatitudinis est ꝓpriū charitati: nō aūt diligere deū ꝑꝑ deū: ꝛ se: ꝛ oia ꝑꝑ deū inq̄tū ē p̄ncipiū boni nālis: imo in hoc pōt nā rōnalis si in sua integritate cōsistat: vt sepe dictū est. ⁋ Ad oba ꝯ 4am ꝯclonē dr̄: ꝙ si maior generalr intelligat̄ falsa est. Non enim oē qd̄ amamus amore cōcupiscētie referimus ad nos: sicut in finē: cu3 q̄lib3 amic9 diligat amicū amore ꝯcupiscētie inq̄tum vult frui ei9 p̄ntia: ꝛ tm̄ nō refert amicū ad se sicut ad finē. S3 bn̄ veꝝ est ꝙ illud: qd̄ diligim9 tm̄mō amore cōcupiscentie: referimus ad nos sicut in fine3. Modo tali amore nō diligim9 deū ex charitate. s. amore cōcupiscētie excludente amicitiā: imo plus diligimus cum amore amicitie q̄ amore cōcupiscētie: sicut dicit scūs Tho. 2a 2e. q. 26. ar. 3°. in solutione tertij: vt recitatū est in probatione ꝯclonis. ⁋ Ad oba ꝯ q̄ntā ꝯclonem dr̄: q9 nō ꝓcedūt ꝯ ꝯnē: q2 illa noua distinctio: quā adducit arguēs itelligit̄ in distinctiōe: quā. S. Tho. facit: s3 nō explicet̄: q2 scūs Tho. nō dic: ꝙ btitudo sit vltim9 aut p̄ncipalis finis amoris diuini: imo dicit ꝙ ipsa operatio amoris ꝛ btitudinis cū sint quedā accidētia sunt amāda ꝓpter suum subiectū. Et vlterius subiectū cu3 oibus suis accidentibus d3 referri in deu3: sicut ondit ipse 4°. sen. dis. 49. q. p̄ma artic. 2°: questiuncula p̄ma in solutione tertij. ⁋ Ad obiecta cōtra sextā ꝯclonem dr̄: ꝙ silr nō vadūt ꝯtra mentē ꝯclonis: q2 ꝯclo loq̄tur de mō tertio mō dicto: ꝛ nō de mō p̄mo mō dicto: vel scd̄o mō. Verūtn̄ loq̄ndo de mō scd̄o mō dicto argumentū nō valet: q2 nec in actu interiori charitatis: nec

in aliquo

in aliquo actu interiori v̄tutis h3 locū modus ille scd̄s
sc3 determinatio circūstātie. Nam bonitas volūtatis
nō depēdet ex q̄cunq3 circūstātia: vt ōndit scūs Tho.
p̄ma scd̄e. q. 19. arti. scd̄o vbi arguit sic. (Bonitas actus
nō solū est ex obo: sed ex circūstantijs: sed s3 diuersita
tem circūstantiaꝝ cōuenit esse diuersitatē bonitatis ꝛ
malicie in actu volūtatis: puta ꝙ aliquis velit qñ d3: ꝛ
vbi d3: ꝛ quō d3: vel ꝓut d3. ergo bonitas volūtatis nō
solū dependet ex obo: sed ex circūstantijs.) ¶ Ecce ar
gumentū. ¶ Sequit̄ responsio. (Dōm (inquit) ꝙ sup
posito ꝙ voluntas sit boni: nulla circūstātia pōt eam
facere malam. Cū ergo dr̄: ꝙ aliquis vult aliqd̄ bonu3
qñ nō d3: vel vbi nō d3: pōt intelligi dupl'r. Uno modo
ita ꝙ ista circūstantia referat̄ ad volitum: ꝛ sic volun
tas nō est boni: q2 velle facere aliqd qñ nō d3 fieri: non
est velle bonū. Alio mō ita ꝙ referatur ad actū volen
di: ꝛ sic impossibile est: ꝙ aliquis velit bonū qñ nō d3:
q2 semper homo d3 velle bonū: nisi forte per accidens
inq̄tu3 aliqs volēdo hoc bonū impeditur: ne tūc velit
aliud bonū debitū: ꝛ tunc nō intendit malum ex eo ꝙ
aliqs vult bonū istud: sed ex eo ꝙ nō vult aliud bonū:
Et similiter dōm est de alijs circūstantijs.) Hec ille.
¶ Ad obiecta cōtra septimā cōclusione3 dr̄: ꝙ maior
ꝓut iacet est falsa: q2 p charitatem nō tenemur optare
ꝓximis tm̄ gradū glorie vel beatitudinis quātū sunt
capaces simpl'r: ꝛ quo ad potentia3 obedientialem: q2
hoc esset optare cōtra diuinā p̄destinationē ꝛ iustitiā:
que diuersos gradus beatitudinis hominibus prefixit
nō solū hominibus iam beatis: imo viatoribus: q nō
dum ad beatitudinē pertingerunt: sed ad ea3 tendunt
qdam lento gradu: qdā gradu concito. Charitas aute3
vult diuinam iustitia3 seruari: s̄m quā meliores perfe
ctius beatitudinē pticipant: vt dictū est in probatione
cōclōnis. ¶ Ad confirmationem dr̄ p̄mo: ꝙ nulla est
emulatio si duobus equalis boni capacibꝰ: sed nō eque
dignis: nec ad eq̄le boᵐ ex diuina iustitia p̄paratis optāt̄
ineq̄lia bona glorie: ꝛ nō optant̄ eis eq̄lia. Immo op
tare talibꝰ eq̄lia bona: qbꝰ deꝰ optat ineq̄lia: esset discor
dare a diuina voluntate: ꝛ velle ꝯ omnē ordinē chari
tatis ꝛ iustitie: ꝛ esset nefanda presūptio ꝛ blasphemia.
¶ Dr̄ 2° ꝙ nullū preiudiciū diuinū est optare inequa
lem motū ꝛ tendentiā in deū eis: quos deus disposuit
inequaliter moueri: ꝛ tendere in deum. immo optare
oppositū esset p̄iudiciū diuine p̄destinatiōis: ꝛ iustitie:
ꝛ charitatis: ꝛ preter hoc esset vanū ꝛ fantasticū. ¶ Ad
p̄ᵐ contra. 8. cōclusionē dr̄: ꝙ recte cōcludit: ꝙ dilectio
inimici in vno homine pōt esse melior ꝛ magis merito
ria q̄ dilectio inimici in alio supposito vel hoie: vtputa
q2 cetera sunt paria hinc inde: nisi ꝙ diligens inimicū
adhibet maiorē conatū q̄ alius ad diligendū amicu3.
Et totū hoc conceditur: sed nō ꝓbat ꝙ in eodē supposi
to dilectio inimici sit magis meritoria q̄ dilectio ami
ci: q2 nunquā idē hō eque intense diligit inimicū: sicut
amicu3 simul: ꝛ in eodē tempore: nisi forte vnico actu
diligeret vtrūq3: ꝛ hoc ex inclinatione charitatis: imo
si hoc faceret vtiq3 male demeritorie: ꝛ cōtra ordina
nem charitatis faceret. et hoc ēt cōcedit arguens: vñ
ad ꝓpositum sic dicit. Diligere amicum plusq̄ inimi
cum est de ordine charitatis respectu eiusdem diligen
tis in casu necessitatis: qñ affectus cum effectu nō pōt
vtriq3 exhiberi: tunc enim idem hō eque diligens ini
micū vt amicū peccat faciendo cōtra ordine3 charita
tis. Sed respectu diuersoꝝ diligentiū: ꝛ maxime extra
casum necessitatis nō est cōtra ordinem charitatis: ꝙ
vnus ꝓpter deū velit inimico tm̄ boᵐ: ꝛ tanto affectu

Dilectio ini-
mici pōt esse
melior q̄ di-
lectio ami-
ci in diuersis
secus in eodē
nisi quo ad di
uersa tpa et
diuersos ca-
sus: vt infra
Duran. dis.
31. q. 2. ad
2ᵐ insi.

sicut alius vult amico: imo pertinet ad perfectionem
charitatis. In eodē ēt hoie p alio tēpore: ꝛ extra casu3
p̄dictū nō est cōtra ordinē charitatis: ꝙ velit par bonū
ꝛ pari affectu amico ꝛ inimico. Hec ille. ¶ Ad 2ᵐ dr̄
primo: ꝙ nūquā idē dilector ex charitate diligit eque
intense inimicū sicut amicum eodē tempore: ꝛ in eodē
casu. Et iō loquendo de eodē dilectore minor est falsa:
q2 intensiones taliū actuu3 dilectionū nō sunt similes
nec equales. ¶ Dr̄ 2°: ꝙ si in diuersis dilectoribus ille
due dilectiōes sint eque intense: nō ex hoc sola dilectio
inimici esset melior: q2 tota eius intentio reducitur in
charitate3: ꝛ intentio alterius dilectionis h3 aliā cām
preter charitatem: cuius rō est: q2 actus tanto censetur
melior: q̄to a pluribus v̄tutibus informat̄: mō dilectio
amici informat̄ ab habitu charitatis: iustitie: pietatis:
ꝛ a multis alijs habitibꝰ virtutū: dilectio vero inimici
informat̄ ex solo habitu charitatis: ꝛ ita nō h3 tot bo
nitates: quot dilectio amici. Et l3 meritū innitat̄ quo
ad aliqd soli charitati: cū bonitas actus nō innitat̄ soli
charitati: ꝛ iō cōcursus aliaꝝ virtutū cū equali charita
te ꝛ conatu reddit actū meliorē: ꝛ cōsequenter magis
meritoriū: q2 actus in se melior ex equali charitate fa
ctus est magis meritoriꝰ. Uerūtñ dilectio inimici pos
set eē magis meritoria ex alia pte: si adhibeat̄ ad eam
maior conatus: ꝛ cetera oia sint pia hinc ꝛ inde. ¶ De
efficacia merēdi sanctus Tho. p̄ma pte. q. 95. ar. 4. sic
dicit. (Quantitas meriti ex duobus pōt pensari. Uno
mō ex radice charitatis ꝛ grē: ꝛ talis q̄titas meriti re
spondet premio essentiali: qd̄ consistit in dei fruitione.
qui enim ex maiori charitate aliqd facit pfectius deo
fruetur. Alio mō pōt pensari q̄titas meriti ex q̄titate
operis: que qde3 est duplex. s. absoluta ꝛ ꝓportionalis.
Uidua eni3: q̄ misit duo era minuta in gazophilaᵐ: mi
nus opus fecit q̄titate absoluta q̄ illi: q magna mune
ra posuerūt: s3 q̄titate ꝓportionali vidua plus fecit s3
sniā3 dñi: q2 magis eius facultatē supabūdabat. Utra
q3 tñ q̄titas meriti r̄ndet premio accidentali: qd̄ est
gaudiū de bono creato. Sic igit̄ dōz: ꝙ efficaciora fuis
sent hoīs opa ad merendū in statu innocentie q̄ post
peccatū si attēdat̄ q̄titas meriti ex pte gratie: que tūc
copiosior fuisset nullo obstaculo in hūana nā inuento.
Simil'r ēt si cōsideret̄ absoluta q̄titas opis: q2 cū hō
esset maioris v̄tutis: maiora opa fecisset. Sed si cōside
retur q̄titas ꝓportionalis: maior inuenitur rō meriti
post peccatū pp imbecillitatē hoīs. Magis enim exce
dit puum opus potestatē eius. q cū defficultate opera
tur illud q̄ magnū opus potestatē eius: q sine difficul
tate operat̄.) Hec ille. ¶ Itē magis ad ꝓpositū 3°. sen.
dis. 30. q. p̄ma artic. 3°. sic dicit. (Cōparatio dilectionis
amici ꝛ inimici pōt dupl'r intelligi. s. q̄tum ad actus: ꝛ
q̄tum ad habitus. si q̄tum ad actus: sciendū est ꝙ qñ
querit̄ de duobꝰ actibꝰ qs sit melior ꝛ magis merito
rius: op3 ꝙ intelligatur de illis p se loquendo s3 genꝰ
suum. Cōtingit enim ꝙ illud qd̄ s3 genus suū est minꝰ
bonū vel meritoriū aliquo adueniente efficiat̄ magis
bonū vel meritoriū: sicut puū opus et magna charita
te factū magis est meritoriū q̄ magnū ex pua. Boni
tas aūt actus ad duo mensurat̄: ex qbus bonitatē reci
pit. s. ex termino vel obiecto: ꝛ ex pncipio: qd̄ est volun
tas: ex termino aūt h3 spēm bonitatis: sed ex volūtate
h3 rōnē merendi: q2 s̄m hoc est in potestate facientis
qd̄ ex volūtate ꝓcedit. Si g̃ cōpemus dilectionē ami
ci ꝛ inimici q̄tū ad terminos siue oba: cu3 obm magis
cōpetens dilectioni sit amicus q̄ inimicus: sic melius
est diligere amicū q̄ inimicū. Si vero cōpemus duas

Quantitas
meriti ex du-
obꝰ. s. ex grā
ꝛ ex quātita-
te opis.

p̄dictas dilectiōes ad p̄n^m: qđ est voluntas: sic vbi est maior conatus volūtatis: ibi opʒ esse maius meritū: qꝛ quāto est maior conatus volūtatis: tanto est feruētior volūtas de fine: ꝓp qđ attētat illđ: qđ ꝭʒ se est sibi magis repugnās: q̄uis sit magis remissa qñqʒ circa illud: ad qđ magis conatur. Meritum aūt ɔsistit in hoc ꝙ volūtas ad finē afficiꝭ: ⁊ iđ si cōꝑemus actus taliū dilectionū: dilectio inimici est magis meritoria inq̄ꝫtum hꝫ: qꝛ ꝭm ꝙ hꝫ exigit maiorē conatū ⁊ maiorē feruorem circa finem: q̄uis dilectio amici sit magis intensa circa obm: sed dilectio amici est melior q̄ꝫtū ad bonitatē essentialē: q̄ ɔseqꝭ spēʒ actus q̄ specificaꝭ ex obo. Si aūt cōꝑentur p̄dicte dilectiōes q̄ꝫtū ad habitus: sic oʒ ꝙ vel intelligaꝭ de dilectione inimicoꝝ: q̄ est necessitatis: ⁊ sic nulla est cōꝑatio: qꝛ idē habit⁹ eq̄lis est respcū vtriusqʒ: vel de dilectione inimicoꝝ: q̄ est ꝑfectionis: ⁊ sic dilectio inimicoꝝ includit dilectionē amicoꝝ: ⁊ nō eɔ̄. et sic dilectio inimicoꝝ est melior.) Hec ille. ❡ Ex q̄bus pʒ: ꝙ nō cōtingit: ꝙ in eodē diligente ex charitate eque intensa sit dilectio inimici: sicut dilectio amici siꝭ: ⁊ ꝓ eodē tp̄e. 2° ꝙ ī aliquo casu dilectio inimici est maioris meriti q̄ꝫ dilectio amici: si iste dilectiones sint in diuersis suppositis: vel in eodē supposito: quo ad diuersa tp̄a: vel diuersos casus. ❡ Ad 3^m negatur minor loquendo de actuali dilectione amici ⁊ inimici: qꝛ in tali dilectiōe itensius diligiꝭ amicus q̄ꝫ inimicus: qñcūqʒ siꝭ actu diliguntꝭ: ⁊ ita dilectio amici includit dilectionē inimici: ⁊ nō eɔ̄. Si aūt loquamur de habituali dilectione inimici q̄ est ꝑfectiōis: ⁊ nō necessitatis: tūc ɔcediꝭ ꝙ dilectio inimici est melior: vt supra dcm̄ est. ❡ Ad argumētū ɔ̄ ɔ̄nē rn̄suʒ est in responsione ad. 7. ɔ̄ tertiā cōclusionē. Et hec de q̄ōne sufficiant. De q̄ benedictus deus. Amen.

Dis. XXXI. ⁊ XXXII.

❡ Utrum fides in p̄ria remaneat. Qō. vnica.



Circa xxxi. ⁊ xxxii. distinctiōes tertij sen. queriꝭ. Utrꝫ fides remaneat in p̄ria: ⁊ arguitur ꝙ sic. Cognitio fidei ⁊ cognitio glorie differunt ꝭm ꝑfectū ⁊ iꝑfectū: sʒ cognitio ꝑfecta ⁊ iꝑfecta siꝭ sunt: sicut in angelo siꝭ est cognitio matutina cū cognitione vesꝑtina: ⁊ aliq̄s hō siꝭ pōt hr̄e de eadē ɔ̄ne sciam ꝑ sillo^m demōstratiuū: ⁊ opinionē ꝑ sillo^m dialecticū. ergo ⁊ fides siꝭ pōt esse post hanc vitā cū cognitione glorie.

In oppositum arguiꝭ: qꝛ dicit apo⁹. 2^a. Cor. 5. q̄ꝫdiu sumus in corꝑe ꝑegrinamur a domino: per fideʒ. n. ambulamus: ⁊ nō per spēm. Sed illi q̄ sunt in gloria non peregrinanꝭ a dn̄o: sed sunt ei presentes. ergo fides non manet post hanc vitam in gloria.

In hac questione sunt tres articuli. In p̄ ponētur ɔclusiones. In secundo obiectiones. In tertio responsiones.

Quantum ad p̄mū articulū sit p̄ma ɔ̄. Impossibile est actū fidei ⁊ actū visionis beatifice siꝭ eē in eodē subo. Hanc ponit scūs Tho. p̄^a 2^e. q. 67. ar. 3°. vbi sic dicit. (Oppositio est ꝓpria ⁊ ꝑ se cā ꝙ vnū excludaꝭ ab alio: inq̄ꝫtū. s. in oībus oppositis includiꝭ oppositio affirmationis ⁊ negationis. Inueniꝭ aūt in q̄busdā oppositio ꝭm ɔ̄rias formas: sicut in coloribus albū: ⁊ nigrū. in q̄busdā aūt ꝭʒ ꝑfectū ⁊ imꝑfectū. Un̄ in alterationib⁹ magis ⁊ minus accipitur vt cōtraria: cū de minus calido fit magis calidū: vt dr̄ 5° phisicoꝝ: ⁊ qꝛ ꝑfectū ⁊ imꝑfectū opponunꭍ: ipossibile est ꙃ simul ꝭm idē sit ꝑfectio ⁊ iperfectio. Est autē ɔsiderādū: ꝙ iꝑfectio q̄dē qñqʒ est de rōne rei: ⁊ ꝑtinet ad spēm illius: sicut defectus rōnis ꝑtinet ad rōnē speciei equi vel bouis. Et qꝛ vnū ⁊ idē numero manēs nō pōt trāsferri de vna spē in aliā: inde est ꙃ tali iꝑfectione sublata tollitur spēs rei: sicut iam non esset bos: vel equus: si esset rōnalis. Qñqʒ vero imperfectio nō pertinet ad rōnem spēi: sed accidit indiuiduo ꝭm aliquid aliud: sicut alicui homini quandoqʒ accidit defectus rōnis inq̄ꝫtum impediꝭ in eo vsus rōnis ꝓpter som^m: vel ebrietatem: vel aliq̄d hmōi. Patet aūt ꙃ tali iperfectione remota nihilomin⁹ substātia rei manet. Manifestū est aūt: ꙃ iꝑfectio cognitiōis est de rōne fidei: poniꝭ eniʒ in ei⁹ diffōne: fides eniʒ est suba sꝑandarū rerū. arg^m nō appentium: vt dr̄ Heb. xi. ⁊ Augustinus dicit. Quid est fides nisi credere qđ nō vides: ꙃ autē cognitio sit sine visione: vel apparētia: hoc ad iꝑfectionē cognitionis ꝑtinet: ⁊ sic iꝑfectio cognitionis est de rōne fidei. Unde manifestū est: ꙃ fides nō pōt esse ꝑfecta cognitio eadē numero existēs. ❡ Sʒ vlteri⁹ cōsiderādū est: vtrū possit simul esse cum cognitione ꝑfecta. Nihil enim ꝓhibet aliquā cognitionē imperfectā simul esse aliqñ cū cognitione ꝑfecta. Est igiꝭ cōsiderādū: ꙃ cognitio pōt dici esse iꝑfecta triplr. Uno mō ex ꝑte obiecti cog̃scibilis. Alio mō ex ꝑte medij. Tertio mō ex parte subiecti. Ex parte q̄dem obiecti cognoscibilis differunt ꝭm perfectum ⁊ imperfectum cognitio matutina ⁊ vespertina in angelis. Nā cognitio matutina est de rebus ꝭm esse: qđ habent in verbo: cognitio aūt vespertina est de eis ꝭm esse: qđ habent in ꝓpria nā: qđ est imperfectum respectu p̄mi esse. Ex ꝑte vero medij differūt ꝭm perfectū ⁊ iperfectum cognitio: que est de aliqua ɔclusione per mediū demonstratiuum: ⁊ per mediuʒ ꝓbabile. Ex parte vero subiecti differunt ꝭm perfectū ⁊ imperfectuʒ opinio: fides: ⁊ scia. Nam de rōne opinionis est: ꙃ accipiatur vnū cuʒ formidine oppositi: vn̄ nō hʒ firmam inhesionem. De rōne vero scientie est ꙃ habeat firmā inhesionem cum visione intellectiua: habet enim certitudinē ꝓcedentē ex intellectu p̄ncipioꝝ. Fides aūt medio mō se habet. excedit enim opinionē in hoc ꙃ habet firmaʒ inhesionē: deficit vero a scientia in hoc: ꙃ nō hʒ visionē. Manife^m est aūt: ꙃ ꝑfectū ⁊ imperfectū nō pn̄t simul ēe ꝭʒ idē: sed ea: que differunt ꝭm ꝑfectū ⁊ imperfectū ꝭʒ aliq̄d idē possunt simul esse in aliquo alio eodē. Sic igiꝭ cognitio ꝑfecta ⁊ imperfecta ex parte obiecti nullo mō pōt esse de eodem obiecto: possunt tamen cōuenire in eodem medio ⁊ in eodem subiecto. Nihil enim ꝓhibʒ ꙃ vnus homo simul ⁊ semel ꝑ vnū ⁊ idem mediū habeat cognitionē de duobus: quoꝝ vnū est perfectum ⁊ aliud imperfectū: sicut de sanitate ⁊ egritudine: bono ⁊ malo. Similiter etiaʒ impossibile est: ꙃ cognitio perfecta ⁊ iperfecta ex ꝑte medij cōueniāt in vno medio: sed nihil ꝓhibet q̄n cōueniant in vno obiecto ⁊ in vno subo. Potest enim vnus hō cognoscere eandeʒ cōclusionē per mediū ꝓbabile ⁊ demonstratiuū. Et similr impossibile est: ꙃ cognitio perfecta ⁊ iperfecta ex ꝑte subi sint siꝭ in eodē subo. Fides aūt in sui rōne hʒ iperfectionē: q̄ est ex ꝑte subi: vt. s. credens nō videat id: qđ credit. Beatitudo aūt de sui rōne hʒ ꝑfectionē ex ꝑte subiecti: vt scʒ beatus videat illud: quo beatificatur: vnde manifestum est ꙃ impossibile est: ꙃ fides maneat simul cum beatitudine in eodem subiecto.) Hec ille. ❡ Ex q̄b⁹ pōt formari talis rō. Actus ex sua rōne formali requirentes in suis subis incōpossibiles dispositiones non sunt compossibiles in eodem subiecto: sed

actus

actus fidei: qui est credere: et visio beatifica sunt huiusmodi:
igitur etc. ¶ Secunda conclusio. Habitus fidei non re
manet nec remanere potest in patria cum visione bea
tifica. Hanc ponit san. Tho. tertio sen. di. 31. q. scda. art.
primo questiuncula. 3. vbi sic dicit. (Ablatio alicuius quod
est de substantia rei: inducit corruptionem illius rei: non
autem ablatio alicuius: quod se habet accidentaliter ad rem illam:
imperfectio autem illa: quam tollit gloria a fide: est de suba
fidei: et ad speciem eius pertinens: quod patet ex hoc: quod acci
pitur secundum rationem obiecti: a quo fides speciem recipit: obscu
ritas enim quam enigma importat ad genus cognitionis perti
net. Et ideo oportet: quod remota ista imperfectione substantia
et species fidei destruatur: sicut si ab asino remoueatur sua ir
rationalitas. Quia autem fides forma quedam accidentalis est
non composita ex materia et forma: sed simplex: ideo ipsa de
structa non remanet aliquid fidei idem numero: sed idem
genere: sicut patet: quod quando ex albo fit nigrum vel econuerso
manet id: quod coloris est: non idem numero color: sed idem
genere: sed manet eadem lux numero cum est perfecta
et imperfecta: quia illa perfectio et imperfectio non pertinet ad
speciem lucis: sed accidentalis est.) Hec ille. ¶ Ex quibus po
test sic argui. Ubi non saluatur ratio obiecti fidei non rema
net habitus fidei: sed in patria non saluatur ratio obiecti fi
dei: imo tollitur: ergo nec ibi remanet habitus fidei. Et
in hoc primus articulus terminatur.

Contra scdam Duran. dis. 31. q. 3. ar. 1. Utrum habitum fidei remanere cum visione in patria hereticum sit.

Quantum ad secundum articulum arguitur contra conclusio
nes. ¶ Et quidem contra secundam conclusionem
arguit Duran. Primo probando: quod non sit hereticum
nec contra sacram scripturam ponere: quod habitus fidei possit
remanere in patria: quia sacra scriptura nihil dicit contra
possibilitatem remanendi: sicut patet discurrendo per totum
13m capitulum prime epistole ad Cor. vbi hec materia specialius
tangitur: et expressius quam in alijs locis: et per omnia alia loca
scripture: quia nunquam inuenitur vnum verbum: quod dicat ex
presse: vel ex quo possit efficaciter deduci: quod habitus fi
dei non possit in patria manere. Et si aliquis dicat: quod si
mo: adducat illam auctoritatem: quia nondum est per ali
quem adducta: ergo dicere quod habitus fidei possit in patria
remanere: nullo modo est hereticum: quia nullo modo scri
ptura dicit contrarium. ¶ Item. Scriptura recte intelle
cta nullo modo est contra actualem remanentiam ha
bitus fidei in patria: in eodem enim ca. vbi de hoc agi
tur dicitur sic. Siue prophetie euacuabuntur: siue lingue
cessabunt: siue scientia destruetur: et subdit similem cau
sam: sicut de fide: dicit enim de scientia: quoniam ex parte co
gnoscimus et ex parte prophetamus: cum autem venerit quod
perfectum est: euacuabitur quod ex parte est: sicut de fide
subdit. Uidemus nunc per speculum et in enigmate: tunc autem
facie ad faciem. ¶ Ex quo arguitur tripliciter primo sic. Sicut
scriptura dicit fidem euacuari in patria: sic eadem scriptu
ra: et in eodem capi. dicit: donum prophetie: et donum lin
guarum: et scientiam cessare: et destrui: sed secundum doctores
scientia non destruetur secundum habitum. Donum etiam lin
guarum in se non cessabit: quin sciant loqui varijs linguis
quicquid sit de actu. Donum autem prophetie fuit in christo secundum
doctores: et ipse vocat se prophetam Mat. 13. vbi dicit. Non
est propheta sine honore nisi in patria sua: christus autem secundum
mentem fuit beatus: ergo cum hec non euacuentur secundum
habitum: videtur quod nec fides: saltem hoc non potest ex
scriptura conuinci: quia de pari loquitur de omnibus illis:
et de fide per totum capitulum. ¶ Secundo sic. Quia Apost. eua
cuationem fidei et doni linguarum et scientie comparat per
fectioni etatis dicens. Cum essem paruulus loquebar:
vt paruulus sapiebam: vt paruulus etc. Cum autem fa
ctus sum vir euacuaui que erant paruuli: sed quando ex
paruulo fit vir: nec potentia: per quam loquebatur: sapiebat
vel cogitabat: nec habitus bonus: si quem habebat ad
hos actus euacuantur: ergo nec habitus predicti euacuan
tur in patria. ¶ Si dicatur: quod non est simile de fide et ali
is habitibus: quia de scientia aliorum habituum non est
perfectio: sed de essentia fidei est imperfectio. Et ideo
aduenìente perfectione alia non euacuantur: quia non ha
bent ad eam oppositionem: sed solum fides eis opponi
tur. ¶ Dico quod non valet ad propositum: quia ex scriptura
non habetur illa differentia: sed si sit: hoc est ex natura ta
lium habituum: quod adhuc non credo verum: et patebit
infra: cum igitur ex scriptura nullo modo habeatur illa
differentia: dicere quod non euacuetur plus habitus fidei
quam alij: de quibus de pari fit ibi mentio: non est contra
scripturam: et ideo non est hereticum: quod solum inquiri
mus pro nunc: quia post ingremus: an sit falsum. ¶ Ter
tio. Quia scriptura loquens de euacuatione istorum expo
nit seipsam ostendens: quod hoc intelligitur: quo ad actus
dicens. Loquebar: vt paruulus: sapiebam vt paruulus
etc. Et postea. Uidemus nunc per speculum et in enigma
te etc. ergo ex sacra scriptura non potest haberi: quod eua
cuentur habitus: sed actus: quod etiam recipit expositio
nem: vt post dicetur. Sic igitur patet: quod nullo modo
est contra scripturam recte intellectam prout circumstan
tia scripture exponit seipsam: que est optima expositio
secundum Augustinum. 83. questionum: dicere quod habitus fi
dei possit remanere: vel remaneat in patria. ¶ Ulteri
us arguit: quod habitus fidei possit remanere in patria si
ne actu primo. Quia Paulus in raptu vidit deum: et tamen
in eo mansit habitus fidei secundum doctores: ergo habitus
fidei potest stare cum visione. ¶ Respondetur ad hoc:
quod nescitur: an Paulus in raptu fuerit in corpore: vel
extra corpus: quia ipsemet nesciuit: vt dicitur in secunda Cor.
12. Si autem anima eius fuerit extra corpus: tunc non
habuit fidem: sed solam visionem: sed restituta corpo
ri rehabuit fidem sine visione: et ita nunquam fuerunt si
mul fides et visio. Sed illud non valet: quia si nescitur:
an fuerit in corpore vel extra corpus: quare magis poni
tur: quod fuit extra corpus quam in corpore: et quare non respon
detur: quod si fuerit in corpore stetit fides cum visione: si
cut si fuit extra corpus: non fuit fides cum visione. Nisi
enim raptus esset possibilis anima existente in corpo
re: Paulus sciens se raptum non dubitaret: an esset in
corpore vel extra corpus: sed absolute dixisset: quod extra
corpus: et si raptus est possibilis anima existente in cor
pore: quare propter raptum oportet ponere Paulum
mortuum: et si de facto ponatur mortuus fuisse: tamen
potuit rapi viuus. Nam et Moyses fuit raptus: vel saltem
vidit diuinam essentiam sicut Paulus: vt dicit Augu
stinus super Gen. ad litteram: qui tamen non fuit mor
tuus. Doctores etiam tenent: quod Paulus in raptu non
fuit mortuus: sed solum abstractus ab vsu sensuum: et
sic stat argumentum. ¶ Secundo. Quia fides: que est habitus
acquisitus stat cum visione corporali: et cum assensu in
tellectus ex visione causato: ergo fides: que est habitus
infusus potest stare cum visione spirituali seu beata.
Consequentia patet: quia omnino videtur esse simile hic
et inde. antecedens probatur: si quis habeat habitum fi
dei acquisite: videlicet per quem credat dictis alicuius
astrologi de eclypsibus solis et lune: si actualiter videat lu
nam eclypsari prout predixit astrologus: non propter hoc pri
or habitus fidei destruetur: immo potius confirmabitur:
quia alias facilius et firmius crederet dictis talis astro
logi ex hoc quod vidit euenisse illud: quod predixerat astro
logus. ¶ Et si dicatur quod ad visionem eclypsis nihil fa

Utrum habitus fidei sine actu primo et idem vbi supra ar. scdo.

cit habitus fidei:nec cum ea pōt concurrere actus eius non v3:q2 hic non queritur: an actus fidei possit stare cum visione:sed solum de habitu: vnde dato q habit' ad illam visionem nihil faceret:nec actus fidei cu3 vi/sione stare posset: non sequitur tamē: quin habitus cū ea stare posset. ¶ Tertio. Q2 habitus opiniōis potest stare cum scientie actu:ergo similiter pōt stare cū actu visionis:z idem est de fide acquisita:cum sit habit' opinatiuus. Antecedens patet:q2 vnus z idem homo pōt habere de eadem conclusione media demonstratiua: que causant habitum scientie:z media topica seu pba bilia: que causant habitum opinatiuum:z cum exit in actum considerandi ꝯclusionem ꝯm media demōstra tiua:que faciunt eū scire: non op3 q oblitus fuerit me diorum pbabilium seu topicoꝝ: quoꝝ habitus est opi nio:z sic simul scit actu:z h3 opinionem ꝯm habitum:z sic p3 antecedens. Cōsequentia probaṫ: q2 sicut crede/re z opinari opponunṫ: scōm euidens z nō euidens ei qd est videre:sic opponunṫ ei:qd est scire ꝯm certum z dubium:z ideo si non obstante oppositione certi z du/bij opinio vel fides potest stare ꝯm habitum cu3 actu scientie:eodem modo non obstante oppositione euidē tis z non euidentis opinio z fides ꝯm habitu3 possunt stare cum actu visionis:z sicut est de fide acq̄sita respe ctu visiōis corporalis:sic est de fide infusa respectu vi/sionis beate. ¶ Et si dicaṫ q fides non pt stare cu3 vi/sione beata non ꝑpter oppositionem: qua3 habeat ad visionem ꝯm se:sed ꝑpter oppositionem: qua3 habeat ad habitum glorie:sicut habitus vitiosus cu3 actu vir/tuoso stat:z tamen habitus virtuosus non potest stare cum habitu vitioso:q2 habitus non opponitur actui: sed habitui. Nō valet:q2 aut visio beata potest eē sine habitu glorie:aut non:si potest esse sine habitu glorie: tunc habitus fidei potest esse cum visione beata:cum ei non opponatur. Si aūt visio beata non potest esse si ne habitu glorie:cū Paulus in raptu habuerit visionē beatam:z per cōsequens habitum glorie: z cum hoc fi dem ꝯm habitum: seq̄tur q tunc fuerunt simul fides z habitus glorie: ergo non opponunṫ: q2 opposita non pñt simul eē. ¶ Nec valet si diceret: q fuerūt simul per modum cuiusdā transitus:z non per modū habit' permanentis. ¶ Q2 que pñt esse per vnu3 instans:pñt semper simul esse: q2 simultatē non impedit lōgitudo vel breuitas tpis:sed natura oppositionis: vnde si ꝑ il/lo instanti fuerūt in Paulo simul fides z habit' glorie necesse ē:q possint simul eē semp. ¶ Quarto. Q2 mi/nus lumen non destruiṫ adueniente maiore:sed lumē fidei z lumen glorie se hñt vt lumen maius z lumen min':ergo zc. ¶ Scdo loco arguit ꝯ primā ꝯclusionē. Et pmo dicit:q ponere possibilitatem actus fidei cu3 actu visionis in nullo est ꝯ sacrā scripturā: q2 in nullo loco sacre scripture negaṫ possibilitas:l3 in aliquib' lo/cis quātū est de superficie textus videaṫ negari simul/tas eoꝝ de facto:z qui dicunt oppositū.s.q per scriptu ram negeṫ cōpossibilitas: adducant auctoritatē ad h: sicut adducunṫ auctoritates Cōmentatoris z phoꝝ q̄ cōiter z crebrius alleganṫ: q2 nondum adducta est ta/lis auctoritas:nec puto q possit adduci. ¶ Scdo dicit

Idez vbi su/pra.q.quarta ar.1.

Q2 ponere: q de facto sint simul:adhuc nō est ꝯtra scri pturam:q2 sicut scriptura dicit euacuari fide3:ita z sci/entiam:z donum linguaꝝ:nec in his ponit aliquā diffe rentiam:nec quo ad actum:nec quo ad habitum. Et eā dem rōnem assignat.s.cum venerit qd perfectū ē:eua cuabiṫ qd ex parte est. Et iteꝝ. Uidemus nunc per spe culum z in enigmate;tunc autem facie ad faciem: sed

Utrū sit pos/se ponere actu3 fidei cū actu visiōis i pria

ꝯm omnes doctores scia nō euacuaṫ quo ad actū: sed solum quo ad modum imperfectionis:donum aūt lin guaꝝ nescio si euacuabitur ibi quo ad actum :vel quo ad modum. Si tñ laus vocalis erit in patria:q2 pbabi le est:si deus laudaṫ ibi vocaliter:q beatus habēs do/num linguaꝝ: q̄nq3 laudabit eum in vna lingua: quan doq3 in alia:vt sic nihil vacet in eo a laude diuina: eua/cuabitur tñ quo ad necessitatem:sicut glosa exponit:q2 non erit necesse loqui linguis: vbi quilib3 cognoscet in deo quicquid ad ipm pertinet:z hoc modo quantū est ex textu scripture:actus fidei euacuabiṫ in patria : aut q2 imperfectio actus tolleṫ:z non actus ipse:sicut dctū est de actu scientie:aut q2 non erit necessarius:sicut nec actus linguaꝝ. Uisio eni3 beata excludit necessitatē fi dei z actus eius:sed quantum est ex dictis scripture nō excludit:nec possibilitatem:nec actualem simultate3. ¶ Et si dicaṫ q imo:q2 ipfectō necessario euacuaṫ ad ueniente perfectione:sed imperfectio est de essentia ac tus fidei:z ideo euacuaṫ adueniente perfectione visio nis:non sic autem est de actu scientie:de cuius essentia non est imperfectio:q̄uis sit ei adiuncta pro statu vie. ¶ Dicendū q hoc non valet: q2 ista differentia inter actum fidei z actum scientie in nullo habeṫ in scriptu ra:que de pari oīo loq̄ṫ de vtroq3: sicut p3 ex serie tex/tus illius ca.pme Cor.13. Et iō dicere ꝯrium non est cō tra scripturam:z sic patet:q in nullo est cōtra scripturā dicere:q act' fidei z visiōis possint stare simul. ¶ Ter tio dicit. Q2 l3 de facto illi duo actus nō stēt simul:pos sent tñ simul stare. Primū probat:q2 vel essent duo ac/tus distincti:vel vnus:non duo:q2 beati clare vidēt in patria illud:qd credunt viatores:propter qd sicut mo/do credimus scripturam a deo esse inspiratā: sic beati vident deū inspirasse sanctis dicta scripture : z ideo de hoc non habent actū fidei:sed sciētie vel visionis: nec per ꝯsequens de veritate dictoꝝ sacre scripture: vnde apud eos.q.argumentū est ex per se notis. Quicquid deus dixit vel dicentib' inspirauit est veꝝ:z hec est per se nota etiam in lumine naturali:sed deus dixit vel in/spirauit sanctis ꝑphetis:z Apost. dicta scripture. z hec est ēt per se nota btis:ergo dicta scripture sunt vera:ita q hec ꝯclō est scita a beatis:z cognitio eius est act' sci/entie z non fidei:que innitiṫ auctoritati: de qua nō est euidēs:q sit a deo dicta. Et sicut actus fidei vt distinct' ꝯm se a beata visione nō est in btis : ita nec vt ꝯcurrēs in vnum cū alio:q2 duo habitus non ꝯcurrunt ad vnū actū:nisi ꝑpter concursum medioꝝ ꝑprioꝝ illis habi/tibus:sed ꝑprium medium fidei infuse non pōt ꝯcur/rere cū medio causante visionē beatā:ergo zc. Minor probaṫ dupl'r. Primo:q2 ꝑpriū mediū fidei infuse ē auctoritas scripture:de qua nō est euidens: q sit a deo dicta. Si.n.esset euidens ipsam esse a deo dictā:magis esset medium scientie q̄ fidei:beatis aūt non est ieui/dens:imo est euidens scripturam esse a deo dicta3: vel inspiratam: ergo ꝑprium mediū habit' fidei deficit in beatis in patria. Scdo. Q2 dato q ess3 ibi tale mediū: non tñ concurreret cū medio causante visione3 beatā: q2 visio beata:cum sit actus precise supernālis: consur/git totaliter z precise ex causa supernaturali: z ideo to/taliter z precise est ab eēntia diuina effectiue obiectiue nullo alio concurrente. z sic p3 primum. Secundum ꝑ bat dicens:q si beati non viderent:nec scirent scriptu/ram esse a deo inspiratam: ita q maneret in eis ꝑpriū medium fidei habitus:sic credere z videre si poneren/tur esse duo actus ꝯm rem:possent esse simul:quod pa/tet:quia actus visiōis z scientie acquisite: z actus fidei

non habent

non hñt oppositionē nisi ſm magis euidens ꝛ minus euidens. Actus.n. visionis est simplr ꝛ summe euidēs: actus vero scientie est mediocriter euidens. Actus aūt fidei est ſm infimū gradū euidens: ꝛ tñ est aliquo mō euidens: cum.n. sit actus intellectus positiuus: est q̄dā visio q̄tūis obscura: cui concordat dictum Apostoli prima Cor.13. vbi sic dicit. Uidemus nūc per speculū ꝛ in enigmate: tunc aūt facie ad faciez. Ecce ꝙ vtrūq; actū dicit esse visionē: sed vnā dicit esse clarā: qꝛ facie ad faciem: aliā vero dicit esse obscurā: qꝛ per speculū ꝛ in enigmate: tunc arguit̄ sic. Actus scie ꝛ fidei vident̄ opponi visioni ſm magis euidens ꝛ minus euidens: lꝫ in hac apparenti oppositione maior videat̄ esse oppositio actus fidei ad visionē q̄ actus scie: sed actꝰ scie stat i pr̄ia cum actu visionis ſm doctores: ergo silr actus fidei poterit stare in patria cū visione. Q̄uis.n. sit minꝰ euidēs q̄ actus scie: tñ ex quo actus scie est cōpossibilis cū visione: actus fidei poterit esse cōpossibilis cū eadem: visio.n. vel vtriq; opponit̄ vł nulli: si vtriq;: cū nullo pōt stare: qꝛ oīs oppositio magna vel parua ipedit simultatē: si nulli: qua rōne pōt stare cum vno: pōt ēt stare cuz alio. Puto aūt inqt ꝙ nulli eoꝝ opponit̄: qꝛ oppositio formalis est solū spēꝝ: que sunt sub eodē genere ꝓxio. i. sicut albedo ꝛ ceteri colores sunt sub colore: sicut sub genere ꝓximo: vnde sibi opponunt̄: ꝛ inuicē sunt incōpossibiles in eodē subo. Sed colores ꝛ sapores: qꝛ non sunt in eodē genere ꝓximo: non opponunt̄ adinuicez: nec sunt incōpossibiles i eodē subo. Uisio aūt beata nō vr̄ esse eiusdē generis ꝓximi cū quocunq; alio actu intelligendi: quē habeamus in via: siue sit actus scientie: siue fidei: qꝛ visio beata est supernālis actus: non soluz q̄tū ad cāz suā: sicut fuit visus datus ceco nato: sed est actus supernālis per essentiam: vñ nullus actus intelligendi: quē possumus hēre ex puris nālibus: siue sit scire: siue opinari: siue credere: ad quē non necessario reqrit̄ fides infusa: pōt esse eiusdē generis ꝓximi cū beata visione: vñ nullā oppositionē hꝫ ad illā: nec ſm se: nec ſm ꝯditiones suas intrinsecas quecūq; sint ille: ꝛ ideo pñt stare simul: ꝛ sic pꝫ: ꝙ actꝰ scie ꝛ fidei pñt simul stare cum visione btā: dato ꝙ essent diuersi actus. ℂ Itē quoꝝ rōnes precise ꝛ formales sunt cōpossibiles: ipsa sunt cōpossibilia: sed formales rōnes ꝛ precise actꝰ credendi ꝛ videndi seu sciēdi sunt compossibiles: igit̄ ꝛc̄. Maior pꝫ. Minor ꝓbat̄: qꝛ videre est assentire rei pñti in se: scire vero est assentire alicui ꝓpter cām vel propter noticiā cāe. Credere aūt est assentire alicui ꝓpter auctoritatem dicentis: ꝛ in his ꝯsistit precisa ꝛ formalis rō eoꝝ: constat aūt ꝙ aliqs pōt assentire alicui conclusioni: qꝛ videt eam in se: puta videt lunam eclypsari: ꝛ qꝛ scit cām: puta ꝙ ex tali motu interponit̄ terra inter solem ꝛ lunā: ꝛ qꝛ audiuit a perito astrologo: cui credere ꝯsueuit: igit̄ ꝛc̄. ℂ Ulterius arguit ꝙ impfectio nullo modo sit de essentia actus credendi: nec alicuius alterius actus: qꝛ nulla priuatio pōt esse de essentia alicuius positiui: qꝛ omne positiuum ꝯstituit̄ intrinsece ꝛ essentialr̄ ex solis positiuis: cum igit̄ actus credendi: ꝛ oīs alius actus sit aliquid positiuum: impossibile est ꝙ imperfectio ꝓut dicit priuationē sit intrinsece de eēntia actus fidei vel cuiuscunq; alterius actus: pōt tñ eē conditio ꝯcomitans: qꝛ minor perfectio deficit a maiori perfectione: ꝛ sic imperfectio ꝯcomitat̄ semꝑ ꝛ inseparabilr̄ actum fidei: qui est precise ꝛ totalr̄ a fide: deficit.n. a perfectione scie ꝛ visionis: qꝛ actꝰ visionis tendit in rē sibi actualiter ſm se presentē. Actus vero sciētie tendit in obm presentatū per mediū certum ꝛ euidens: de cuius certitudine constat ipsi scienti. Ab vtroq; aūt hoꝝ deficit actus fidei: cui non est pñs obm nisi per auctoritatem dicentis: de cuius veritate non ꝯstat euidenter credenti: ꝛ sic talis imperfectio semꝑ concomitat̄ actum: qui est solius fidei: dico aūt solius fidei: qꝛ medium: cui fides innitit̄: pōt ꝯcurrere cum medio faciente scire: vel cuz pñtia obiecti. Et tunc causat̄ vnꝰ actus ex tribus medijs simul cōcurrentibus: qui actus non hꝫ illā imperfectionē: quā hꝫ actus: qui est a sola fide. ℂ Scdo arguit sic. Sicͭ enigma qd attribuit̄ fidei sonat impfectionē: sic esse ex parte qd attribuit̄ scie ab Aposto. pme Cor.13. sonat imperfectionem: sed imperfectio non est de ratione actus scientie ſm doctores: ergo similiter non est de ratiōe actus fidei.) Hec ille. Et in hoc secundus articulus terminatur.

Quantum ad tertium articulū rñdendum est obiectionibus supradictis: ꝛ iō ad obiecta ꝯ scdam cōclusionem dr̄. ℂ Primo: ꝙ multe auctoritates sacre scripture vident̄ expsse intendere: ꝛ quasi expsse sonare: ꝙ impossibile est fidem remanere in patria: qd pꝫ pmo: qꝛ Heb.11. dr̄ ꝙ fides est argumētum non apparentiū. Cōstat aūt ꝙ in pr̄ia nihil erit nō apparens: de quo fuerit fides in via: ꝛ cum non sit possibile idem esse apparens ꝛ non apparens eidē homini simul ꝛ semel apparet ꝙ ſm mentē Aposto. fides ē incōpossibilis visioni ꝛ statui patrie. ℂ Scdo: qꝛ 2. Cor. 5. dr̄: dum sumus in corpore pegrinamur a dño: ꝑ fidē enim ambulamus: ꝛ non per spēm: ex qua auctoritate cū glosis scōꝝ habet̄ pmo: ꝙ fides facit hoīem pegrinari a deo: 2° ꝙ facit ambulare ꝛ tendere in deū quasi in aliqd distans: constat aūt ꝙ illa duo sunt incōpossibilia statui btifico: qꝛ beati non peregrinant̄ a deo: sed sunt ei pñtes: ꝛ deus est eis pñs per spēm: nec tendunt in deū aut ambulant: sed qescunt in deo: vnde glo. suꝑ predicto verbo: sic dicit. Qui peregrinat̄ ꝛ per fidē ambulat: nonduz est in patria: sed in via. ℂ Tertio: qꝛ prime Cor.13. Aposto. cōparat cognitionē fidei cognitioni speculari ꝛ enigmatice: cognitionē vero pr̄ie cognitiōi faciali: constat aūt ꝙ ille due sunt incōpossibiles in eodē respectu eiusdē obi: potissime per idē mediū qd est rō assentiendi: per idē aūt mediū assentit fides ꝛ beatifica visio. s. per primā veritatē. ℂ Item ibidē cōparat cognitionē fidei cogitatiōi paruuli: cognitionē vero patrie sapie virili: ꝯstat aūt ſm eū illas duas eē incōpossibiles: vñ dicit ꝙ scda euacuat primā: hoc aūt non ē nisi ꝓpter incōpossibilitatem. ℂ Quarto: qꝛ cuilibet habēti fidem est aliqd sperandū in futuꝝ iuxta illud Hebre.11. Fides est suba sperādaꝝ reꝝ: sed ſꝫ ꝙ dic̄ Apo. visio excludit expectationē ꝛ spē. Ro. 8. Spes que vr̄ nō est spes: glosa. Res sperata que vr̄ non est subiecta virtuti spei: que non est nisi de non apparentibus: ꝛ vere non: qꝛ ꝯ rōnem spes hec diceret̄: nā qd videt qs qd sperat. i. cur vel qūo dr̄ sperare: quasi dicat nullo modo Hec glosa. ℂ Ex qbus auctoritatibus apparet: ꝙ dicere fidē esse cōpossibilem visioni beatifice nō consonat sacre scripture. ꝛ multo minus dictis sanctorum: vnde Grego. in homelia super Jo. exponens illud Jo. 20. Qꝛ vidisti me Tho. ꝛc̄. sic dicit. Cum Paulus Apo. dicat Fides est suba sperandaꝝ rerum: argumentum nō apparentium: profecto liquet ꝙ que apparent iam fidez non habent: sed agnitionem: dum ergo vidit Tho. dū palpauit: cur ei dicitur: qꝛ vidisti me Tho. credidisti: sed aliud vidit: ꝛ aliud credidit. Hominem vidit: ꝛ deum ꝯfessus est. Hec ille. ℂ Et silia dicunt Augu. ꝛ alij sancti initentes dictis Aposto. pme Cor.13. ꝛ Heb. 11. ꝛ

alijs locis: vnde sequit̃ q̃ vel sancti false exponũt: ⁊ false intelligunt Apl̃m: vel q̃ ſm Apostolũ fides virtus sit incõpossibilis statui beatifico ⁊ visiõi patrie. ¶ Ex quibus p3: q̃ p̃ᵐ dictũ arguentis: quo asserit cõpossibilitatẽ fidei cũ visiõe p̃rie nõ repugnare dictis sacre scripture vel determinationibus sanctoꝶ: est oĩno falsum ⁊ nouũ. ¶ Scđo dr̃: q̃ scđm dictũ eius quo asserit q̃ dicere: q̃ fides simul stet cum visione beatifica nõ ẽ ꝯ sacrã scripturam: aut ꝯ dicta scripture: est oĩno falsuȝ: qđ p3: nam cũ cõpossibilitas habitus fidei cũ visione btĩfica negel̃ in sacra scriptura: multo plus eoꝶ simultas actualis: q̃ quecũq3 impossibile est simul eẽ: nũq̃3 simul sunt. ¶ Et tunc ad primã sui dicti ꝓbationẽ dr̃: q̃ lȝ ex dictis Apostoli in 3° ca. p̃ᵉ Cor. non possit euidenter deduci: q̃ habitus fidei plus euacuel̃ q̃3 habit⁹ scie: vel donũ ꝓphetie: aut linguaꝶ: tñ ex dictis eiusdẽ apostoli in alijs locis: ⁊ ex glosis scõꝶ exponentiũ illud ca. apostoli: ⁊ alia dicta eius mãifeste p3: q̃ alr̃ euacuabil̃ habitus fidei q̃3 hitus scie: vñ glo. ordinaria ibideȝ sic dic̃ vt dic̃ Aug. in li. de doctrina xp̃iana. Fidei succedit spes: quã videbim⁹: ⁊ spei succedet btĩtudo ipa: ad quã ꝑuenturi sumus. Charitas vero augebil̃ potius: nec aliquid ei succedet: destruel̃ tñ iquãtũ est iperfecta: q̃ d̃sinet esse imꝑfecta ⁊ ex parte: sed nec ipa: nec eius act⁹ destruel̃: oẽ ergo qđ ex p̃te est: destruel̃: vl' ex toto vt fides ⁊ spes: vel ex parte vt scia: cuius actus ⁊ modus destruel̃ ⁊ charitas ẽt: cuius modus q̃dem tollel̃: sed nõ ipsa: nec eius actus: nec q̃deȝ modus. Hec glo.

Quõ ppheta i p̃ria euacuatur.

Quõ ãt cessabit ꝓphetia in patria: oñdit san. Tho. in postilla super 13ᵐ ca. p̃ᵉ Cor. di. (In futura gloria ꝓph̃ia locũ nõ habebit ꝓpter duo. Primo q̃dẽ: q̃ ꝓph̃ia respicit futurum: status aũt ille non expectabit aliq̃d in futuꝶ: sed ibi erit finale cõplementũ oĩum eoꝶ: que añ fuerãt ꝓphetata: vñ in ps.

Psal. 47.

Sicut audiuimus. s. p ꝓphetas: ita ⁊ vidimus p̃ñtialr̃ i ciuitate dñi virtutũ. Scđo: q̃ ꝓphetia est cũ cognitiõe figurali ⁊ enigmatica: que cessabit in patria: vñ dr̃ Nu. 12°. Si q̃s fuerit inter vos ꝓph̃ta; per somniũ aut in visiõe loq̃r ad eũ.) Hec ille. ¶ Uerumtñ huic scđe rõni nõ multũ initendũ est: q̃ sic ipe dicit tertia p̃te. q. 7. ar. 8. in solu. p̃mi. (Per illa verba nõ oñdil̃ esse de rõe ꝓph̃ie enigmatica cognitio: que ẽ per somniũ ⁊ in visione: sed oñdil̃ cõparatio alioꝶ prophetaꝶ: q̃ p somniũ ⁊ in visione ꝑceperunt diuina ad Moysem: qui palã ⁊ non per enigmata deũ vidit: qui ꝓpheta dictus est ſm illud Deut. vltimo. Nõ surrexit vltra ꝓpheta in israel sicut Moyses.) Hec ille. ¶ Qr aũt obijcil̃ de xp̃o: q cũ beatitudine habuit donũ ꝓphetie: soluit san. Tho. ibidẽ in solu. scđi dicens. (Fides est eoꝶ: que non videnl̃ ab ipso credente: silr̃ spes est eoꝶ: que non habenl̃ ab ipso sperante: sed ꝓph̃ia est eoꝶ: q̃ sunt ꝓcul a cõi hoĩum sensu: cum q̃bus ꝓpheta cõuersal̃ ⁊ cõicat in statu vie: ⁊ iõ fides ⁊ spes repugnãt ꝑfectioni beatitudis xp̃i: non aũt ꝓph̃ie.) Hec ille. ¶ Itẽ de hoc 2ª 2ᵉ. q. 174. ar. 5. vbi querit. Utrũ aliq̃s gradus ꝓphetie sit in beatis: arguit sic tertio loco. (Xp̃s ab instanti ꝯceptionis fuit cõprehensor: ⁊ tñ ipse ꝓphetã se noĩat Mat. 13. vbi dr̃. Nõ est ꝓpheta sine honore nisi i patria sua: ergo cõprehensores ⁊ beati p̃nt dici ꝓph̃e.) ¶ Ecce argumentũ. ¶ Sequil̃ r̃nsio. (Dicendũ (inquit) q̃ xp̃s simul erat cõprehensor ⁊ viator: inquãtuȝ ergo fuit cõprehensor: non cõpetit sibi rõ ꝓphetie: s3 solum inquantũ erat viator.) Hec ille. ¶ De alijs auteȝ beatis est alia rõ: vñ ibidẽ sic dicit. (Prophetia importat visionẽ quãdã alicuius supernãlis virtutis vt ꝓcul existentis: qđ q̃dem ꝯtingit esse duplr̃. Uno mõ ex p̃te ipsius cognitionis: q̃ videl3 veritas supernãlis nõ cognoscil̃ in seipa: sed in aliq̃b⁹ suis effectib⁹: ⁊ adhuc erit magis ꝓcul: si hoc fit per figuras corporaliũ reꝶ: q̃3 per intelligibiles effectus: ⁊ talis maxime est visio ꝓphetica: que fit per silitudies corporaliũ reꝶ. Alio mõ visio est ꝓcul ex parte ipsius videntis: qui. s. non est totalr̃ in vltimã perfectionẽ adductus ſm illud 2ᵉ Cor. 5. Quãdiu in corpore sumus: peregrinamur a dño. Neutro ãt modo beati sunt ꝓcul: vnde nõ p̃nt dici ꝓphete.) Hec ille.

Quõ scie habitus destruetur in p̃ria.

¶ Qualr̃ aũt habitus sciẽtie destruel̃: ⁊ potissime habitus scientie diuinoꝶ: oñdit san. Tho. in p̃dicta postilla: vbi recitatis ⁊ improbatis q̃busdã opinionibus: sic ꝯcludit. (In aĩa remãet scia post corpis mortẽ quãtum ad spẽs intelligibiles: non aũt quãtũ ad inspectionem fãtasmatum: quibus aĩa sepata nõ indigebit hñs esse ⁊ opationeȝ absq3 corporis cõione: ⁊ ſm hoc Apo. dicit: q̃ scientia destruel̃. s. quantũ ad ꝯuersionem ad fantasmata: vnde Isa. 29. dr̃. Peribit sapiẽtia a sapientibus: ⁊ intellectus prudentium abscondel̃.) Hec ille. ¶ Itẽ p̃ma parte. q. 89. ar. 5. determinat: q̃ habitus scientie quantũ ad illud: qđ h3 in viribus sensitiuis: non manet in aĩa separata: sed quantũ ad illud: qđ h3 in intellectu remãet in aĩa separata. ¶ Itẽ ibidẽ arguit sic primo loco. (Dicit Apo. prima Cor. 13. scientia destruetur.) ¶ Ecce argumentũ. ¶ R̃ndit. (Dicendum q̃ Apostolus non loquil̃ ibi de scia quantũ ad habituȝ: sed quantũ ad cognitionis actũ: vnde ad hmõi probationem inducit nunc cognosco ex p̃te.) Hec ille. ¶ Et intellige: q̃ actus scie destruil̃ in aĩa separata quantuȝ ad hoc: qđ requirit ꝯuersionẽ ad fãtasmata; beati autẽ post corporis resumptionẽ poterũt intelligere ⁊ vti habitu scientie in corpore acq̃site duplici modo. s. cũ conuersiõe ad fantasmata ⁊ sine ꝯuersiõe. Unde sanctus Tho. tertia p̃te. q. 11. ar. 2° sic dicit. (Christus i statu añ passionẽ fuit simul viator ⁊ cõprehẽsor: ⁊ p̃cipue quasdam ꝯditiones viatoris habuit ex p̃te corporis: inquãtum fuit passibile: ꝯditiones vero cõprehensoris maxime ex parte aĩe intellectiue. Est aũt hec ꝯditio aĩe comprehensoris: vt nullo mõ subdal̃ suo corpori: aut ab eo dependeat: sed totalr̃ ei dñel̃: vñ ⁊ post resurrectioneȝ ex aĩa: gloria redundabit in corpus. Ex hoc aũt aĩa hominis viatoris indigent ad fantasmata cõuerti: qđ est corpori obligata: ⁊ quodãmõ ei subiecta: ⁊ ab eo dependens: ⁊ iõ anime beate post resurrectionẽ ⁊ añ intelligere p̃nt absq3 ꝯuersione ad fantasmata. Et hoc q̃deȝ op3 dicere de aĩa christi: que plenissime habuit facultatem cõprehensoris.) Hec ille. ¶ Et ibidem in solu. tertij sic dicit. (Licet anima christi potuerit itelligere nõ conuertendo se ad fantasmata: poterat tamẽ intelligere se ad fantasmata cõuertendo.) Hec ille. ¶ Et ideȝ dicẽdũ est de alijs beatis post resurrectionẽ: q̃ vtroq3 mõ poterunt vti habitu scientie acq̃site.

Qualr̃ donũ linguaꝶ euacuel̃ in p̃ria.

Quõ autẽ donum linguarum euacuetur in patria ostẽdit san. Tho. in postilla super decimũtertiũ p̃me Cor. dicens. (Cum dicitur: lingue cessabunt: non est intelligendũ quantũ ad ipa mẽbra corporea: que lingue dicunl̃: q̃ vt dr̃ prima Cor. 15. Mortui resurgẽt icorrupti absq3 dimiutione membroꝶ: nec est etiam intelligendum quantũ ad vsum lingue corporee: est. n. futura in patria laus vocalis ſm illud ps.

Psal. 149.

Exultationes dei in guture eoꝶ: vt glosa ibidem exponit. Est ergo intelligendũ quãtũ ad donum linguaꝶ: quo. s. aliqui in primitiua ecclesia varijs linguis loquebanl̃: vt dr̃ Act. 2°. in futura. n. gloria quilibet quãlibet linguã intelliget: vnde non erit necessarium loqui varijs linguis: nam etiam a primordio ge-

neria

neris humani: vt dr Gen. xi. erat populus vnus et vnum labium oibus: qd multo magis erit in vltimo statu: in quo erit vnitas consumata.) Hec ille. ¶ Cum aut dicit arguens: q beati scient loqui varijs linguis &c. non valet: qr sicut beati cognoscent ea: que prius viatores cognouerunt: sed non eode habitu: nam in via cognoscut articulos per fide: in patria vero per lumen glorie. Ita proportionaliter dum erant in via hebat donu habitua le linguarum: quo poterant intelligere et loqui oes linguas in patria vero scient loqui et intelligere oem linguam non ex priori habitu: sed per lumen glie: quo cognoscet oia pertinentia ad sua beatitudine. ¶ Ad scdam probationem illius scdi dicti dr: q cum ex paruulo fit vir no euacuant nales potentie: nec perfecti habitus: si quos prius habuit: dum esset paruulus: qr imperfectio non est de rone talium: euacuat tn imperfectio etatis: et potentiarum: et habituum: et actuum: et et actus et habitus: de quorum rone est imperfectio: euacuant si qui pcesserunt: vt sunt false opiniones et falsa iudicia: sic in patria euacuabit i perfectio pcedens: et qr ipfectio est de rone fidei et spei: non aut de rone scie aut charitatis: ideo opz euacuari fidem et spe: non aut opz charitate: aut habitum sciētie euacuari: qr imperfectio cocomitans pdictos habitus in via no erat de rone talium habituu: sed accidebat eis aliunde. De hoc visum est in probatione pme pclonis. Item in probatione scde. ¶ De hoc san. Tho. pma 2e. q. 67. ar. 6. sic dicit. (Qn iperfectio alicuius rei non est de rone spei ipsius: nihil phibet ide numero: qd prius fuit imperfectu postea perfectu esse: sicut ho per augmetum perficit: et albedo per intensione. Charitas autem amor est: de cuius rone non est aliqua imperfectio: pot enim esse habiti et non habiti: visi et non visi: vn charitas non euacuat per glorie pfectionem: sed eade numero manet.) Hec ille. ¶ Ite prima 2e. q. 67. ar. 3. in sol. primi sic dicit. (Fides est nobilior scia ex parte obi: qr obm fidei est veritas prima: sed scientia hz perfectiore modum cognoscendi: qui non repugnat perfectioi btitudis. s. visionem: sicut repugnat ei modus fidei.) Hec ille. ¶ Cum aut dicit arguens: q ista dria no habet ex sacra scriptura. Dr q hoc est falsum: nam scriptura dic: q fides est de non apparetibus: et per pns hz imperfectionem annexa ex sua rone formali. ¶ Ite scriptura dicit: q fides hz annexam peregrinatione a deo: vt supra dictum est. ¶ Ad tertia pbationem dr: q scriptura non exponit seipsam ad sensum arguentis. s. q fides solum euacuet quo ad actu: et non quo ad habitu: imo ad oppositu: qr ex scriptura habet: q habitus fidei de sua rone includit imperfectionem ex parte subiecti: et q beatitudo excludit iperfectione a subiecto: et sic opz q excludat habitum fidei et spei. ¶ De hoc san. Tho. prima scde. q. 67. ar. 4. sic dicit. (Illud qd de rone sui i portat imperfectione subiecti: non pot simul stare cum subiecto opposita perfectione pfecto: sicut pz q motus in sui rone importat iperfectione subiecti: est enim actus existentis in potentia inquantu huiusmodi: vnde qn illa potentia reducit ad actum: ia cessat motus: non. n. adhuc albat postq aliquid iam factu est album: spes aut importat motum quedam in id: qd non habet: et ideo qn habebit illud qd sperat. s. diuina fruitio iam spes ee no poterit.) Hec ille. ¶ Et sile dicit in precedenti articulo de fide. (Fides (inquit.) in sui rone hz imperfectionem: que est ex parte subiecti) &c. sicut recitatum est in prima conclusione. ¶ Preterea. Ad quid remaneret habitus fidei sine actu: et sine possibilitate exeundi in actu. ¶ De hoc. s. Tho. eade. q. art. 5. arguit sic. (Substantia habitus non tollit per hoc: q subtrahit ma: potest enim ho habitum liberalitatis retinere etia amissa pecunia: sed actu habere non pot. Obiectu autem fidei est veritas prima non visa: ergo hoc remoto: per h qd vr veritas prima: adhuc pot remanere ipse habitus fidei.) ¶ Ecce argumentu. ¶ Sequit rnsio. (Dicendu (inqt) q ille qui amittit pecunia: no amittit possibilitatem habendi pecuniam: et ideo pueniente remanet habitus liberalitatis: sed in statu glorie non solum actu tollit obm fidei: qd est non visum: sed etiam sm possibilitatem pter beatitudinis stabilitatem: et ideo frustra talis habitus remaneret.) Hec ille. ¶ Simile dicit de virtutibus. q. de spe. ar. 4. vbi arguit sic. xi. loco. (Actus virtutis vr non solu facere vel velle facere qd ad virtute pertinet: qn facultas adest: sed etiam velle facere: si facultas adesset. Actus. n. iustitie est velle reddere pecuniam debitam: etia si eam quis non possit habere: sed sancti qui sunt in patria: sic sunt dispositi: q vellent beatitudine expectare etiam si eam non haberent: ergo in eis est actus spei: sed actus pcedit ab habitu: ergo in eis est virtus spei.) ¶ Ecce argumentum. ¶ Sequitur responsio. (Dicendu (inquit) q obiectum alicuius virtutis potest esse duplr. Uno mo cum possibilitate habendi: et sic etiam obo non habito pot esse virtus et actus virtutis sub hac conditione si facultas adesset. Alio mo cu impossibilitate hndi: et sic nec habitus: nec actus manet: frustra. n. remaneret: et hoc modo tollit obiectum spei in patria: qr nunq decetero erit possibile beatitudinem esse futuram.) Hec ille. ¶ Et sicut dicit de spe: ita pportionaliter pot dici de fide: vt patuit supra. ¶ Tertio dicit: q tertium dictum eius: quo dicit q habitus fidei possit stare sine actu i pria falsum est: et male pbatum. ¶ Et ad pmam pbatione dicitur primo: q non oes doctores assentiunt: imo multi negant Paulum in raptu vidisse diuinam essentia: sed habuisse quadam visionem mediam inter cognitionem beatorum et cognitionem viatorum: sicut recitat san. Tho. de veritate. q. 13. ar. 2. et 2a 2e. q. 175. arti. 3. ¶ Dicit scdo: q concesso q Paulus in illo raptu viderit diuinam eentiam sicut tenet beatus Tho. in locis allegatis post Augusti. in lib. de videndo deum: et. 12. super Gen. ad litteram: et habet in glosa scda Cor. 12. nodum est bene manifestum: vtrum Paulus: aut Moyses: qui psiles in raptu adhuc viuentes ab Augu. asserunt vidisse diuina essentiam nude et clare: q in tali raptu habuerint habitum fidei: aut spei: vel p illo raptu fuerit eis subtractus: qr san. Tho. 2a 2e vr dicere: q habitus fidei stetit i Paulo cum visione diuine essentie: non aut actus fidei: arguit enim sic tertio loco. (Fides et spes esse no possunt simul cum visione diuine essentie: vt habet pma Cor. 13. sed Paulus in illo statu et raptu habuit fidem et spe: ergo non vidit diuinam essentia.) ¶ Ecce argumetum. ¶ Sequit rnsio. (Dicendu (inqt) q qr Paulus i raptu no fuit beatus habitualr: sed solu habuit actu btorum: pns est: vt tunc in eo no fuerit actus fidei: fuit tn in eo simul fidei habitus.) Hec ille. ¶ Et ad declaratione huius solutiois pmittit in solu. scdi sic dices. (Diuina essentia videri ab intellectu creato no pot: nisi p lumen glorie: de quo dr in psal. In lumine tuo videbimus lumen: qd tamen duplr participari pot. Uno mo per modu forme imanentis: et sic btos facit scos in patria. Alio mo per modu cuiusda passionis trasceuntis: et hoc mo lumen illud fuit in Paulo: qn raptus fuit: et io ex tali visione no fuit beatus simplr: vt fieret redudantia ad corpus: sed solu sm quid.) Hec ille. ¶ Sile ponit

Quomo beati scient loqui varijs linguis

Non solu habitus fidei: sz et quicqz alius tollit cessate possibilitate pprij actus.

q. 175. ar. 3.

Psal. 35.

de veritate.q.13.ar.2.vbi arguit sic quinto loco.(Pau
lus in raptu habuit fidem ⁊ spē:sed ista nō possunt sta
re cum visione dei per essentiā:q꞉ fides est nō appare
tiu3:vt dr̄ Heb.xi.⁊ ꝙ quis videt qd sperat:vt dr̄ Ro.
Visio dei nō ſm habitum: sed solum ſm actū pōt stare cū habitu fi dei. 8.igr̄.)¶ Ecce argumentū.¶ Sequit̄ rn̄sio.(Dicē
dum(inqt)ꝙ adueniente plena visiōe recedit fides:
vnde ſm hoc ꝙ in Paulo fuit visio dei ꝑ essentiā: non
fuit ibi fides. Fuit aūt ibi visio dei per essentiā ſ3 actū
non ſm habitum glorie:vn̄ econuerso fides fuit ibi ſ3
habitum non ſm actū:⁊ silr̄ spes.) Hec ille.¶ Ex qui
bus vr̄ velle:ꝙ habitus fidei ⁊ spei pn̄t simul esse cum
visione diuine essentie:nō btifica simplr̄:que.s. causat̄
a lumine diuine glorie inherēte intellectui per modu3
passionis:non aūt per modū habitus: non aūt pn̄t sta
re cum visione diuine essentie beatifica simplr̄: que.s.
ꝓcedit a lumine glorie inherente per modū habitus.
Cōtradi.in dicto .s.tho. ¶ In multis aūt alijs locis vr̄ dicere:ꝙ hit᷒ fidei nul
lo modo pōt stare cū visione q̄licunq꞉:imo ꝙ sicut ali
quid q̄cito desinit eē coloratū vel lucidū: eo facto de
sinit esse obm visus:ita q̄cito deus vel res credita inci
pit esse apparens vel visa: eo facto desinit esse obiectū
fidei:⁊ sic impossibile est fidē esse de visis aut scitis: si
cut potentiā visiuam esse respectu non colorati vel nō
lucidi.Et de hoc satis diffuse visu3 est di.25.⁊ista via:
que multū appet ꝓbabilis:hēret dicere ꝙ nec Moy
ses nec Paulus in suis raptibus hēbant habitū fidei:
sed eis subtractus fuit pro tpe raptus:⁊ iteꝝ post raptū
fuit eis restitutus:vel si habitus fidei remansit tpe ra
ptus:ꝓculdubio ille habitus pro tunc non habebat rō
nem fidei in actu:sed forte in potentia respectu dei vi
si:q꞉ in deo non erat ꝓ tunc formalis rō obiecti fidei:
poterat tn̄ habere rōnem fidei respectu alioꝝ obiecto
rum non visoꝝ:sicut idem habitus numero primo h3
rōne3 fidei respectu huius veritatis:deus est vnus: in
non hn̄te demonstrationē ad illā:sed adherente dicte
veritati ex sola auctoritate dei reuelātis: ⁊ postea adue
niente ꝓbatione demonstratiua illius veritatis:idē ha
bitus desinit esse fides respectu p̄dicte veritatis:q꞉ ia3
dicta veritas perdidit formalē rōnē obiecti fidei.s. eē
non visum ⁊ non apparens.¶ Ad scđam ꝓbationē il
lius dicti:negat̄ an̄cedens tanq̄ oino falsum.¶ Et ad
eius ꝓbationem dr̄:ꝙ ille qui acqsiuit habitū fidei cir
ca futuras eclypses solis ex dictis alicui᷒ astrologi:du3
presentialr̄ videt aliquā eclypsim ab astrologo p̄dcā3:
talis habit᷒ perdit rōnē fidei circa illā eclypsim actua
liter visam ⁊ apparentē: potest tn̄ habere rōnem fidei
circa alias eclypses futuras:vel alia p̄dicta ab astrolo
go:⁊ l3 talr̄ habituatus assentiat fortius q̄ ante dictis
talis astrologi:hoc non est per habitū fidei p̄cedente3:
sed aliunde:vt puta ꝓpter experientiā veritatis dicto
rum suoꝝ:aut ꝓpter alia:q꞉ non omne credere causat̄
ex habitu fidei:vt alias dictū est. Et de hoc i simili di
cit san. Tho.de veritate qōe de spe.art.4.(Si(inqt)
subtraheret̄ principale obm spei:ſm ꝙ est virt᷒ theo
logica:ita.s.ꝙ beatitudo eterna non sit iam futura:sed
habita:cessat spes:que est virtus theologica:pn̄t tn̄ san
cti sperare aliqua inherendo diuino auxilio ad se vel
ad alios pertinentia ſm cōem rōnē spei:non aūt ſm ꝓ
priam rōnem spei:que est virtus theologica. Et huius
exēplum ecōtrario in alijs apparet:charitatis.n.princi
pale obm est deus:vnde q̄diu aliquis diligit deu3:per
eandē virtutē charitatis diligit ꝓximum in deo.Sed
si desinat diligere deum: poterit qde3 diligere ꝓximū
ſm aliam rōnem:non tn̄ per virtutem charitatis: cui᷒
spēs soluit̄ remoto principali obo.) Hec ille. ¶ Ita in

ꝓposito dico de fide:⁊ actu credendi.¶ Potest ēt dici
ad argumentū hoc:ꝙ solū ꝯcludit:ꝙ habitus fidei po
test stare cum visione non ꝓcedente ab habitu.Et hoc
concedit supra san.Tho.sed visio beatifica ꝓcedit a lu
mine glorie se hn̄te per modū habitus.¶ Ad tertiam
ꝓbationem dr̄:ꝙ habitus opinatiuus actu nō pōt sta
re cum actu visionis:nec cu3 actu scientie prout cōiter
tenet̄:⁊ ideo negat̄ an̄cedens.¶ Et ad eius ꝓbationē
sepe rn̄sum est distin.25.q꞉ in subiecto sciētie nulla me
dia topica pn̄t cāre habitum opinatiuu3 in actu:s3 vel
nullum nouum habitū causant:sed solum augent ha
bitu3 scie preexistentem : vel si causant alium habitū:
ille non est opinatiuus in actu:sed solū in potentia.s.si
esset sine habitu scientie. ¶ Dicit̄ scđo: ꝙ concesso ꝙ
habitus fidei vel opinionis posset stare cum actu visio
nis:non ꝓpter hoc sequit̄:ꝙ possit stare cū visione bea
tifica simpliciter:q꞉ illa requirit lumē glorie perficiēs
intellectum per modum habitus ⁊ non per modū pas
sionis:vt supra dictū est.Maior aūt est repugnātia ha
bitus fidei ad habitu3 glorie q̄ ad actū glorie siue ha
bitum.¶ Dr̄ tertio:ꝙ visio beata simpliciter non po
test esse sine habituali lumine glorie : sed visio diuine
essentie nō beatifica simpliciter pōt esse sine tali habi
tu: nō tamen sine lumine inherēte per modū passiōis:
⁊ talem visionem diuine essentie habuit Moyses ⁊
Paulus in raptu:vt dictum fuit supra:non autem pri
mam.¶ Dicit̄ quarto:ꝙ habitus fidei non pōt eē cu3
habitu glorie nec per instans: nec per tempus in eodē
subiecto:sed habitus fidei iuxta primam viam sancti
Tho.potest simul esse in eodem cum lumine glorie in
herente per modū passionis per instans ⁊ per tempus:
licet alia via superius tacta appareat mihi pro nunc ꝓ
babilior:que ponit ꝙ habitus fidei est incōpossibilis
visioni diuine essentie:siue sit beatifica:siue nō:omnis
enim visio tollit fidem respectu eiusdē obiecti. ¶ Ad
quartam ꝓbationem respondit san. Tho.prima scđe.
q.67.ar.5.vbi arguit sic.(Fides est quoddam spūale
lumē anime ſm illud Ephe.i. Illuminatos oculos cor
dis vestri in agnitionem dei:sed hoc lumen est imper
fectum respectu luminis glorie:de quo dicitur in psal.
In lumine tuo videbimus lumen: lumē aūt imperfe Psal.35.
ctum remanet superueniente lumine ꝑfecto:nō .n.can
dela extinguit̄ claritate solis superueniēte : ergo vr̄ ꝙ
ipm lumen fidei remaneat cu3 lumine glorie.)¶ Ec
ce argumentū.¶ Sequit̄ respōsio.(Dicendū(inqt)
ꝙ imperfectio luminis candele nō opponit̄ perfectiōi
solaris luminis:q꞉ non respiciunt idem subiectum:sed
imperfectio fidei ⁊ perfectio glorie opponunt̄ adinui
cem ⁊ respiciunt idem subiectum: vnde nō possunt eē
simul:sicut nec claritas aeris cū obscuritate ei᷒.) Hec
ille.¶ Ad argumenta igit̄ ꝯtra p̄mam cōclusione3 in
ducta restat dicere:⁊ ideo ad p̄mum dictum dicitur:ꝙ
ex sacra scriptura habetur expresse: ꝙ actus fidei: qui
est credere:⁊ actus glorie.qui est videre:oppositionem
habent:⁊ consequenter incompossibilitate3 simul eēn
di in obiecto.Auctoritates vero ad hoc facientes supi
us allegate sunt in p̄ncipio articuli. ¶ Ad scđm dictu3
dicitur:ꝙ rn̄sio ibide3 recitata sufficiens est. ¶ Et ad
eius improbationem dictum est supra:q꞉ illa differen
tia:quā ponimus inter actum fidei ⁊ actum glorie ha
betur expresse ex sacra scriptura: ⁊ licet nō posset habe
ri expresse ex illo ca.13᷒ prime Cor.est tamē ⁊ habetur
in multis alijs locis recitatis.¶ Ad tertiu3 dictum di
citur:ꝙ male ⁊ insufficienter probat possibilitate3 ac
tus fidei cum actu visionis beatifice:q꞉ innititur falso
fundamento

fundamento.s.ꝙ actus visionis ꝛ actus fidei vel sciẽtie non opponant̃ nisi ẜm magis ꝛ minꝰ euidens: ꝛ nullo mõ ꝯrie vel priuatiue vel ꝯdictorie: huius.n.oppositum ponit san. Tho.in multis locis. Nã 3º. sen.di.31.q.2.ar.1.q.prima arguit sic. (Nihil expellit̃ nisi a suo cõtrario: sed gloria non est ꝯria fidei: ergo adueniente gloria non euacuat̃ fides. ❡ Ecce argumentũ. ❡ Sequitur rñsio. (Dicenduꝫ (inq̃t) ꝙ q̃uis visio glorie nõ sit ꝯria fidei quantũ ad illud: qđ hꝫ de cognitiõe: est tñ sibi ꝯria quantum ad illud: qđ hꝫ de enigmate. ꝛ ex hac parte eam expellit.) Hec ille. ❡ Itẽ tertio loco arguit sic. Perfectuꝫ ꝛ imꝑfectũ circa ea: que sunt diuersa spe cie bene se cõpatiunt̃ in eodẽ: sicut ꝙ hõ habeat perfectam geometriã: ꝛ imperfectã grãmaticã: sed visio glorie ꝛ fides sunt alterius spẽi: ergo visio glorie nõ expellit fidẽ.) ❡ Ecce argumentũ. ❡ Sequit̃ rñsio. (Dicẽdum (inq̃t) ꝙ perfectio cognitiõis circa diuersa bñ se cõpatiunt̃: sed non circa idẽ: ꝛ ideo aliq̃s põt habere simul ꝑfectam cognitionẽ de his que ꝑtinent ad vnuꝫ: ꝛ imperfectam: de his que pertinent ad aliud: sed non est sic in ꝓposito: q2 fides ꝛ visio glorie est de eodeꝫ.) Hec ille. ❡ Itẽ pma 2e.q.67.ar.3. (Oppositio (inq̃t) est per se ꝛ ꝓpria cã ꝙ vnum excludat̃ ab alio ꝛc̃. vt recitatum est in pma ꝯclone.) ❡ Ex q̃bus pꝫ: ꝙ actꝰ fidei ꝛ visio glorie opponunt̃ priuatiue vel ꝯrie: ꝛ non solum ẜm magis ꝛ minus euidẽs: q2 fides importat priuationem visionis ꝛ euidentie. Et cũ dicit arguens ꝙ fides hꝫ aliq̃d de euidentia: cũ sit q̃daꝫ visio ẜm Apostolum dicentẽ. Uidemus nunc ꝛc̃. Rñdit san. Tho. tertio sen.di.24.q.1.ar.2.in solu.primi: ꝙ visio ab Apostolo large accipit̃ ẜm ꝙ largo modo ꝛ improprie oĩs cognitio visio dr̃: ꝛ đ hoc diffuse dictũ est supra di.25. vbi visum ẽ: que cognitio intellectiua ꝓprie dr̃ visio: ꝛ que non. ❡ Itẽ 2a 2e.q.1.ar.4.in solu.scdi sic rñdit ad dctm Apostoli. (Dicendũ (inq̃t) ꝙ ea que sunt fidei pñt dupliciter ꝯsiderari. Uno mõ in spãli: ꝛ sic non pñt esse simul visa ꝛ credita. Alio mõ in generali.s.sub cõi rõne credibilis: ꝛ sic sunt visa ab eo qui credit: non.n.crederet: nisi videret ea credenda esse: vel ꝓpter euidentiaꝫ signoꝝ: vel ꝓpter aliq̃d hmõi.) Hec ille. ❡ Et intellige ꝙ fidelis videt talia esse credenda accipiendo large ꝛ improprie visionem. De p̃dictis san. Tho. de veritate. q.14.ar.9.sic dicit. (Qñcũq3 deficit rõ ꝓprij obti: oportet ꝙ actus deficiat: vnde q̃cito aliq̃d incipit esse pñs vel apparens: non põt vt obiectum subesse actui fidei ꝛc̃. vt recitatuꝫ fuit distin.25. ❡ Ad quartũ dictũ: quo dicit ꝙ visio glorie nullo mõ opponit̃ actui fidei: nec scie ꝛc̃. ❡ Dicit̃ pmo ꝙ oppositio formalis non solum est inter formas ꝯtentas sub eodẽ genere ꝓximo: imo inter formas alterius ꝛ alterius generis ꝓximi: qđ pꝫ. Nã genꝰ diuidit̃ per dr̃ias oppositas formaliter: ergo quecũq3 spẽs vel forme specifice cadunt sub alia differentia generis remoti: includunt in sua rõne oppositas dr̃ias formalr̃: vnde qualitates spũales ꝛ q̃litates corporales: lꝫ non ꝯtineant̃ sub eodeꝫ genere ꝓximo: sed sub diuersis: hñt tñ formalem oppositioneꝫ inter se: sicut albedo ꝛ scia: q2 de rõne albedinis est extẽsio ꝛ diuisibilitas: de rõne vero scie est indiuisibilitas ꝛ inextẽsio. Huius ẽt falsitas pꝫ. Naꝫ non solũ vna spẽs opponit̃ alteri: imo vnum genus opponit̃ alteri: vt vitiũ virtuti: ꝛ ꝯñter oĩa cõtenta sub genere vitij opponunt̃ cuilibet ꝯtento sub genere virtutis ẜm rõneꝫ sui generis. ❡ De hoc san. Tho. pma 2e.q.25.art.4.sic dicit. (Sicut dr̃ in.x.meth. ꝯrietas est dr̃ia ẜm formam. Forma aũt est ꝛ spãlis ꝛ generalis: vñ ꝯtingit aliqua esse ꝯria

Fides nõ est ꝓprie visio.

Tex.cõ.13.ꝛ.14.

ẜm formã generis: sicut virtus ꝛ vitiũ: ꝛ aliqua ẜꝫ formam spẽi: sicut iustitia ꝛ iniustitia ꝛc̃. vide totũ articulum. ❡ Dr̃ 2º: ꝙ si iste modus arguendi valeat: ꝓbaretur: ꝙ nulla virtus theologica: cũ sit per eẽntiã: forma supernãlis haberet aliqđ vitiũ sibi formalr̃ oppositũ: cuius falsitas de se pꝫ: nã fidei opponit̃ ĩfidelitas: spei desperatio ꝛ p̃sumptio: charitati odium dei: odiũ ꝓximi: ꝛ multa alia sicut ostẽdit san. Tho. 2a 2e.q.10.11.12.13.ꝛ.20.21.ꝛ.24.25.26. vsq3.43. ❡ Dr̃ tertio: ꝙ dubiũ est: vtrum visio glorie sit alterius generis ꝓximi ab aliis intellectionibus creatis non beatificis: q2 san. Tho. de veritate.q.8.ar.14.sic dicit. (Sciendũ (inq̃t) est: ꝙ oẽs forme itelligibiles sunt vnius generis quãtũcũq3 res: quaꝝ sunt: sint diuersoꝝ geneꝝ: oẽs.n.eandẽ potentiam intellectiuã respiciunt ꝛc̃. Quicq̃d aũt sit de h': apparet ex pmis duobus dictis ꝙ argumentũ non valet. ❡ Ad q̃ntum dictum negat̃ minor. Nã de rõe actus credendi non solũ ꝛ p̃cise est: ꝙ assentiat̃ alicui enũciabili ꝓpter auctoritatẽ dicentis: imo ꝙ tale enunciabile non sit apparens assentienti: nec visum ab illo. Hoc aũt non est cõpossibile actui visionis vel scie: ꝛ sic pꝫ ad argumenta ꝯ pmam ꝯclonez ꝛ scdam. ❡ Ad argumenta vltimo inducta: q̃bus innitit̃ ꝓbare: ꝙ imperfectio sumpta ꝓ priuatione vel negatione nullo mõ sit đ essentia: aut de rõne actus credendi: restat nũc dicere. ❡ Et q̃dem ad pmum dr̃: ꝙ nulla p̃uatio aut negatio est de eẽntia alicuius actus vel entis positiui: quasi ꝑs integralis aut essentialis: q2 sicut ex non substãtijs nõ fit substãtia: ita nec ex non entibus fit ens: nec ex ente ꝛ non ente constituit̃ ens: põt tñ aliqua priuatio vel negatio ꝑtinere ad essentiã vel rõnẽ alicuius positiui tãq3 designatiuũ essentie per modũ extrinsece dr̃ie: ꝛ quasi illud sine quo essentia nec eẽ põt: nec ꝯcipi. ❡ Et hoc manifeste ostendit Aristo.x.meta.in illo ca. Prima vero ꝯrietas. Et san. Tho.in scripto super eodẽ loco: dicit eniꝫ. (Prio ꝓpõit ꝙ pncipiũ ꝯrietatis est p̃uatio ꝛ habitus dicens: ꝙ pma ꝯrietas est p̃uatio ꝛ habitus: q2.s. in oĩ ꝯrietate ĩcludit̃ priuatio ꝛ habitus: sed nõ oĩs priuatio est ꝯrium: q2 priuatio dr̃ multipliciter. Aliq̃n eni quocunq3 mõ non hñs: qđ natum est habere dr̃ priuatum esse: sed talis priuatio nõ est ꝯrium: q2 talis priuatio non ponit aliquã nãm oppositam habitui: lꝫ supponat subiectum determinatũ: sed priuatio dr̃ esse ꝯriuꝫ qñcunq3 fuerit perfecta priuatio. Cum aũt priuatio ẜꝫ id: qđ est non recipiat magis ꝛ minus: non põt dici perfecta priuatio: nisi rõne alicuius nãe: que perfectam distantiam habeat ad habitum: sicut non oĩs priuatio albi est ꝯria albo: sed priuatio maxime distans ab albo: quã opꝫ fundari in aliqua natura eiusdeꝫ generis: que maxime distet ab albo: ꝛ sic dicimus ꝙ nigrum est cõtrariũ albo.) Hec ille. ❡ Deinde ostẽdit qualr̃ ab illa prima ꝯrietate alia deriuet̃ dicens: ꝙ alia ꝯria dicunt̃ ẜm habitum ꝛ priuationẽ diuersimode: quedã.n.dicũtur ꝯtraria in eo ꝙ habent in se inclusam priuationeꝫ ꝛ habitum sicut album ꝛ nigrum: calidum ꝛ frigiduꝫ: alia vero per hoc qđ faciunt actu priuationẽ ꝛ habitũ: sicut calefaciens ꝛ infrigidans: alia per hoc ꝙ sunt virtute actiua priuationis ꝛ habitus: sicut calefactiuum ꝛ frigefactiuũ: alia vero per hoc ꝙ sunt acceptiões dictorum: sicut calefieri ꝛ ĩfrigidari: aut per h' ꝙ sunt abiectiones eorũdem: sicut corruptio caliditatis ꝛ frigiditatis: ꝛ non solum aliqua dicuntur contraria per hoc: qđ habent dictas habitudines ad prima dicta contraria: sed etiam per hoc qđ habent habitudines easdem ad contraria sequentia: vt si dicaꝫ ꝙ ignis ꝛ aqua sunt

Tex.cõ.15.

contraria:qꝛ habent calidum ꝛ frigiduꝫ:que dicebanᷓ esse ꝯtraria:per hoc qꝺ includūt priuationē ꝛ habitū.) Hec ille. ¶ Item post sic dicit.(Cum quatuoꝛ modis aliquid opponaᷓ alicui. Uno mō vt ꝯdictio: sicut non sedens sedenti. Alio mō vt priuatio:sicut cecum videnti. Alio mō vt ꝯrietas:sicut nigrum albo. Quarto mō vt ad aliqd: vt filius patri:īter oppōnis gnā pᵐ est ꝯdictio:cuiꝰ rō ē:qꝛ ꝯdictio includiᷓ in oībus alijs: sicut pꝰ ꝛ simplicius:opposita.n.ꝫ qꝺcunqꝫ genꝰ oppositionis impossibile est simul existere:qꝺ ꝯtingit ex hoc:qꝺ alteꝝ oppositoꝝ de sui rōne hꝫ negationem alterius:sicut de rōne ceci est: qꝫ sit non videns: ꝛ de rōe nigri:qꝫ sit non album:ꝛ de rōne filij:qꝫ non sit pater eius: cuiꝰ est filius.) Hec ille. ¶ Et in sequentibus eiusdē ca. frequenter dicit:qꝫ in oī ꝯrietate includiᷓ priuatio ꝛ habitus. ¶ Ex quibus pꝫ:qꝫ cū qꝺlibet extremuꝫ ꝯrietatis sit entitas positiua:non est inconueniens priuationem aut negationē esse de rōne alicuius forme positiue: nō tanqꝫ partem eius essentialem aut integraleꝫ: sed tāqꝫ partem rōnis designatiuam ꝛ characteriçatiuā eentie ad modū dr̄ie extrinsece. Cū etiam Aristo. x. meta. plixe deducat oē genus diuidi per ꝯrias dr̄ias:ꝛ in oī ꝯrietate includi priuationē ꝛ habitū vt dictū est:ꝛ cū eedē sint dr̄ie diffinitiue generis:ꝛ ꝯstitutiue spēꝝ sequiᷓ qꝫ dr̄ie ꝯstitutiue specieꝝ positiuaꝝ in sua rōne includūt ꝑuatiōeꝫ qnqꝫ. ¶ Ad 2ᵐ dr̄:qꝫ siḃtudo penitꝰ ī hoc nō vꝫ:qꝛ iperfectio ꝯn̄s sciaꝫ viatoris:vt puta:qꝫ est ex ꝑte nullo mō poniᷓ in diffinitiōe sciētie: ꝛ sic non est de rōne scie:sed enigma poniᷓ in diffinitione fidei: ꝛ ideo est de rōne fidei:ꝛ sic pꝫ: qꝫ ista noua fantasia Durādi tā laboriose adinuēta paꝝ mouet ꝯ antiquā san. Tho. veritatē. ¶ Ad argumentū pro. q. rn̄sum est in ꝓbatione pᶜ ꝯnis: vbi dictū est: qꝫ cognitio ꝑfecta ex ꝑte subi ꝛ cognitio iperfecta ex ꝑte subi respectu eiusdē cognoscibilis sunt incōpossibiles in eodē subo:hoc aūt mō se habent fides ꝛ visio: vt sepe dictū est. Et hec de. q. sufficiant. De qua bn̄dictus deus Amen. Di. XXXIII.

¶ Utrum ex actibus humanis habitus virtutuꝫ acquirātur subiectiue in appetitu sensitiuo. Questio vnica.



Circa. xxxiij. dist. tertij sen. queriᷓ. Utrum ex actibus humāis acquiranᷓ habitus virtutum in appetitu sensitiuo subiiectiue existētes:puta in ꝯcupiscibili vel irascibili. ¶ Et arguiᷓ qꝫ nō. Qꝛ ꝯria nata sunt fieri circa idē:virtutis aūt ꝯrium est peccatum moꝛtale qꝺ nō potest esse in appetitu sensitiuo seu sensualitate: ergo appetitus sensitiuus non potest esse subiectuꝫ virtutis:ac per hoc nec ex actibus humāis potest in eo generari habitus virtutis.

Tertio ethic. ca. 12. In oppositum arguiᷓ sic. Nam phus dicit de tēperantia ꝛ fortitudine: qꝫ sunt partium irrationalium:partes aūt irrationales sunt irascibilis ꝛ ꝯcupiscibilis: que pertinēt ad appetitum sensitiuum:ergo virtutes alique sunt ibi subiectiue. ¶ Philosophus etiaꝫ dicit 2º ethi. tales virtutū habitus causari ex humanis actibus:igiᷓ ꝯclusio vera. (Scdo ethic. ca. 1.)

In hac questione erūt tres articuli. In pᵒmo ponentur cōclusiones. In secundo obiectiones. In tertio responsiones.

Quantum ad primū articulū sit prima cōclusio. Aliqne v̄tutes moꝛales sūt subiectiue in appetitu sensitiuo: qui diuidiᷓ per irascibilē ꝛ concupiscabilem. Hāc ꝓbat san. Tho. prima scde. q. 56. ar. 4. vbi sic dicit.(Irascibilis ꝛ ꝯcupiscibilis duplr possunt ꝯsiderari. Uno modo ꝫm se inquātū sunt partes appetitus sensitiui. Alio modo pn̄t cōsiderari iquātum participant rōnem:per hoc qꝫ nate sunt rōni obedire. Pꝛio mō non ꝯpetit eis qꝫ sint subm virtutis:sed scdo modo irascibilis ꝛ ꝯcupiscibilis pn̄t esse subiectū virtutis humane:sic.n sunt pnᵐ humani actus inquantum participāt rōne:in his aūt potētijs virtutes necesse est ponere. Actus.n. qui ꝓgrediᷓ ab vna potentia ꝫ qꝫ est mota ab alia non pōt esse ꝑfectus: nisi vtraqꝫ potentia sit bene disposita ad actū:sicut actꝰ artificis non potest esse cōgruus nisi artifex sit bene dispositꝰ ad agēduꝫ:ꝛ etiam ipm instrm. In his ergo:circa que operaᷓ irascibilis ꝛ ꝯcupiscibilis ꝫm qꝫ sunt a rōe mote necesse est:vt aliqs habitus perficiens ad bene agendum sit non solum in rōne:sed ēt in irascibili ꝛ ꝯcupiscabili. Et qꝛ bona dispositio potentie mote attendiᷓ ꝫm ꝯformitatem ad potentiā mouentē:ideo virtus:que est in irascibili ꝛ ꝯcupiscibili nihil aliud est qꝫ qdam habitualis ꝯformitas istaꝝ potentiaꝝ ad rōnē.) Hec ille. ¶ Itē tertio sen. di. 33. q. 2. ar. 4. q. scda: vbi sic diᷓ.(Uirtutes humane sunt: qbus opus hoīs reddiᷓ bonum: vnde in oī potentia: que pōt esse pnᵐ humani operis:opꝫ esse habitu in virtutis; quo opus eius bonū reddaᷓ:alias non esset hō sufficienter ꝑfectus per virtutē. Pꝛincipiū aūt humani operis est oīs potentia:in qua aliqd rōnis inueniᷓ:a qua hō hꝫ qꝫ homo sit:vnde cū in irascibili ꝛ concupiscibili:que sunt partes sensibilis appetitus:sit aliquid rōnis participatiue:inquātū rōni pn̄t obedire:qꝺ non est de potentijs nutritiᵘ partis: opꝫ qꝫ in irascibili ꝛ concupiscibili sint aliqne virtutes sicut in subo:qbꝰ efficiatur:vt facile rōni obediāt ille potentie: in quibꝰ sūt. Qꝺ qdem ꝯtingit inquātū passiones repꝛimunᷓ ne rōnem ꝑturbent:vnde in illo qui passiones vehementes patiᷓ:sed nō deduciᷓ:est quidā habitus in rōne; qui tenet eam:ne deducaᷓ:non aūt in viribus illis: in qbus sunt passiones:sicut pꝫ in ꝯtinente:ꝛ iō ꝯtinens seu abstinens nō est perfecte virtuosus:sed tēperatus vel mitis:in quo non solum superioꝛ pars est ꝑfecta: vt deduci non possit:sed etiam inferioꝛ moderata est: vt passiones vehementes non insurgant:ꝛ ideo in quacūqꝫ potentia est passio: circa quā est aliqua virtus illa potētia est subm illiꝰ v̄tutis:sicut ꝯcupiscibilis tēperātie:irascibilis aūt fortitudis ꝛ māsuetudinis.) Hec ille. ¶ Iteꝫ de virtutibus ar. 4. sic dicit.(Circa istam ꝯclōnē partim ab oībus ꝯueniᷓ:ꝛ ꝑtim opiones sibi inuicē repugnāt: ab oībus.n. ꝯcediᷓ aliqs virtutes esse ī irascibili ꝛ ꝯcupiscabili:sicut temperātiā in ꝯcupiscibili: ꝛ fortitudinē in irascibili:sed in hoc est dr̄ia:qdam.n. distinguūt duplicem irascibilem ꝛ ꝯcupiscabilem:ponunt.n. irascibileꝫ ꝛ ꝯcupiscibilē in supiori parte aīe:ꝛ iteꝝ in inferiori:dicunt.n. qꝫ irascibilis ꝛ ꝯcupiscibilis: que sunt in superiori parte aīe:cum ad nām rōnaleꝫ pertineant: pn̄t esse subm virtutis:nō aūt ille que sunt in inferiori ꝑte ad nām sensualem vel brutalē pertinentes: sed h qdē in alia. q. discussum est. Utrū.s. in supiori parte aīe possint distigui due vires:quaꝝ vna sit irascibilis: alia cōcupiscibilis ꝓpꝛie loquendo:sed qcquid de hoc dicaᷓ: nihilominus in irascibili ꝛ ꝯcupiscibili: que sunt in appetitu inferiori ꝫm phm:opꝫ ponere esse aliquas virtutes: vt ēt alij dicūt. Qꝺ qdē sic pꝫ:cū.n. virtus noīet qꝺdam potentie cōplementū:potentia aūt actum respiciat:opꝫ humanā virtutem in illa potentia ponere:q̄ est ꝓncipium actus humani: actus aūt humanus dr̄ non qui quocūqꝫ modo est in hoīe:vel per hoīem exerceᷓ: cum in quibusdam etiam plante ꝛ bruta conueniant: (Tertio de ala Tex. cō. 42.)

sed qui

Caplo. iz. aūt in parte sensitiua: sed hoc est ɔ̄ phm 3° ethi. vbi dicit ꝙ virtutes sunt irrationabiliū partiū. Quidā aūt dicūt ꝙ vires sensitiue partis manent in aīa separata: vel sʒ potentiā tm̄: vel sm actū: sed hoc nō pōt esse: qꝛ actus potētie sensitiue nō est sine corꝑe: alioqn aīa sensitiua brutoꝝ esset incorruptibilis: qđ est erroneū: cuius aūt est actio: eius est potentia: vn̄ opʒ ꝙ hmōi potētie sint totius ɔiuncti: ⁊ ita post mortē nō remanēt in aīa separata actu: sed virtute: sicut in radice: inquantū. s. potentie aīe fluūt ab eēntia ei⁹. Uirtutes aūt iste sunt qdē i irascibili ⁊ ɔcupiscibili quantū ad eaꝝ deriuationē: sʒ sʒ originē ⁊ incohationē sunt in rōne vel voluntate rōls: qꝛ pꝛīcipalis actus virtutis moralis est electio: que est actus appetitus rōalis: sed ista electio per quādā applicationē terminatᷓ ad passiones irascibilis ⁊ ɔcupiscibilis sm tēperantiā ⁊ fortitudinē.) Hec ille. ¶ Itē p̊ᵃ zᵉ q. 67. ar. i. in solu. tertij sic dicit. (Status post hāc vitā est duplex. Unus qdem an̄ resurrectionē: qn̄ aīe erunt a corporib⁹ seꝑate. Alius aūt post resurrectionē: qn̄ aīe iterato suis corꝑibus vnient: in illo ergo resurrectiōis statu erunt vires irrationales in organis sicut ⁊ nunc: vn̄ ⁊ poterit in irascibili esse fortitudo ⁊ in cōcupiscibili tēꝑantia: inquantū vtraqꝫ vis erit ꝑfecte disposita ad obediendū rōni: sed in statu an̄ resurrectionē ꝑtes irrationales non erunt actu in aīa: sed solū radicalr̄ in essentia ipsius: vnde nec hꝫ virtutes erunt in actu: nisi in radice. s. in rōne ⁊ voluntate: in qbus sunt seminaria quedā ipsaꝝ virtutū: sed iustitia que est in voluntate in actu remāebit spālr̄: de ea dictū est: ꝙ est ꝑpetua ⁊ immortalis: tum rōne subiecti: qꝛ volūtas est incorruptibilis: tum ēt ꝓpter silitudinē actus: vt prius dictū ē.) Hec ille. ¶ Sile pōit 3° sen. di. 33. q. i. ar. 4. in sol. q̄rti. vbi sic dicit. (Quidā dicūt ꝙ vires sensibiles non manent actu in aīa separata: dicunt tn̄ ꝙ manent in essentia aīe sicut in radice: ⁊ silr̄ ēt manent habitus virtutū inferioris partis: sicut in radice in viribus: que sunt in rōne: ⁊ in ipsa grā.) Hec ille. ¶ Dr̄ z°: ꝙ quocūqꝫ mō dicantᷓ hꝫ virtutes remanere: siue eedem in numero: siue solū spē: neutra ꝑs sufficienter impugnatᷓ ꝑ arguētem. Non qdē. zᵃ qꝛ ɔclō nr̄a nō asserit: ꝙ hꝫ virtutes remaneant eedē numero: sed solū ꝙ in patria erūt virtutes morales infuse: nec prima: qꝛ si hꝫ virtutes reparentᷓ miraculose eedē numero sola dīna actione: nobis nihil coagentibus ad hoc non sequitᷓ: quin veraciter dici possit: ꝙ p̄cedentes habitus remanebunt: sicut ⁊ idē hō remanebit a solo deo miraculose resuscitatus: actio enim nostra nihil facit ad hoc: ꝙ habitus infusi remaneant: vel non. ¶ Dr̄ 3°: ꝙ verisile est: ꝙ potentie sensitiue oēs reparentᷓ eedē numero quātūcunqꝫ fuerint in morte corrupte: vel ēt adnihilate. Deus. n. pōt oē positiuum ꝑmanens: ⁊ non successiuum quantūcūqꝫ adnihilatū fuerit idē numero reparare: vt alias forte videbitᷓ quarto sen. ⁊ idē dico de hꝫ virtutibus moralibus.
Distin. 43.
¶ Ad argumentū ɔ̄ ɔclōnē r̄ndit san. Tho. tertio sen. di. 33. q. z. ar. 4. q. scđa in solu. quinti: vbi sic dicit. (Nō ideo dr̄ pctm̄ mortale semꝑ esse in rōne: quasi oīs act⁹ pcti mortalis sit actus rōnis elicitiue: cū ēt in actibus exterioꝝ membroꝝ possit eē pctūʒ mortale: sed qꝛ nullus actus accipit rōnem pcti mortalis nisi ɔsensus rōnis adueniat: ⁊ silr̄ nullus act⁹ pōt eē virtutis: nisi a rōne ordinetᷓ: ⁊ hoc est esse virtutes in inferioribus potētijs inquantū participant rōne.) Hec ille. ¶ Et hec de qōne sufficiant. De qua benedictus deus Amen.

¶ Utrum dona spiritus sancti sint habitus distincti a virtutibus Distin. XXXIIII. ⁊ XXXV.

Circa. xxxiiij. ⁊ xxxv. disti. queritᷓ. Utrū dona. s. s. sint hītus distincti a virtutib⁹. ¶ Et arguitᷓ ꝙ non: qꝛ quoꝝ diffinitio est eadē ipsa quoqꝫ sūt eadē: sed diffinitio virtutis cōuenit donis: vnūqđqꝫ. n. donū est bona qualitas mētis: qua recte viuitᷓ ⁊c̄. ¶ Et silr̄ diffō doni ɔuenit virtutib⁹ īfusis: ē. n. donū datio irredibilis sm phm: ergo virtutes ⁊ dona nō distinguuntᷓ.

Quarto eth. caplo. z.
In oppositum arguitᷓ: qꝛ Greg. p̊mo moraliū distinguit. 7. dona: que dicit signari per septē filios Job: a trib⁹ virtutib⁹ theologicis: q̄ dicit signari ꝑ tres filias Job. ⁊ in z° moraliū distinguit eadem septē dona a quatuor virtutib⁹ cardinalibus: que dicit signari ꝑ quatuor angulos dom⁹.

In hac questone sunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo obiectiones. In tertio solutiones.

Quantum ad p̊mū articulū sit hec p̊ᵃ ɔclō. Dona. s. s. sunt habitus distīcti a virtutibus infusis theologicis ⁊ Cardinalibus. Hanc ꝓbat san. Tho. p̊ᵃ zᵉ. q. 68. ar. i. vbi sic inq̄t. (Si loquamur de dono ⁊ virtute sm nois rōnē: sic nullā oppositionē hn̄t adinuicē: nam rō virtutis sumitᷓ sm ꝙ ꝑficit hoīeʒ ad bene agendū: rō aūt doni sumitᷓ sʒ ɔparationē ad cāʒ a qua est. Nihil aūt ꝓhibet id qđ ē ab alio: vt donū eē perfectissimū alicuius ad bene oꝑandū: p̄sertim cum quedā virtutes sint nobis infuse a deo: vn̄ sm h donū a virtute distingui non pōt. Et iō qdam posuerūt ꝙ dona non eēnt a virtutib⁹ distinguenda: sed eis remanet nō minor difficultas: vt. s. rōnē assignēt: q̄re q̄dā v̄tutes dn̄r dona: ⁊ nō oēs: ⁊ q̄re aliqua ɔputātᷓ inter dōa q̄ nō ɔputātᷓ iter v̄tutes: vt pʒ ď timore. Un̄ alij dixerūt dōa a virtutibus esse distinguenda: sed nō assignauerūt sufficientē distinctionis cām: que. s. ita cōis eēt virtutib⁹: ꝙ nullo mō dōis ɔueniret aut ecōuerso. Cōsiderātes aūt aliqui ꝙ inter septem dona q̄tuor ꝑtinēt ad rōneʒ. s. sapīa: scīa: intellectus: ɔsiliū: ⁊ tres ad vim appetitiuā. s. fortitudo: pietas: ⁊ timor: posuerūt ꝙ dona ꝑficiebāt liberꝝ arbitriū sm ꝙ est facultas rōnis: virtutes vero sm ꝙ est facultas voluntatis: qꝛ inuenerūt solas duas virtutes in intellectu vel rōne. s. fidē ⁊ prudentiā: alias vero in vi appetitiua vel affectiua; oporteret aūt si hec distinctio esset ɔueniens: ꝙ oēs virtutes essent in vi appetitiua: ⁊ oīa dona in rōne. Quidam vero ɔsiderātes qđ Greg. dicit in z° moraliū: ꝙ donū. s. s. qui in mēte sibi subta format prudentiā: iustitiā: fortitudinē: tēperātiam eandē munit mentē ɔ̄ singula tentata per septeʒ dona dixerunt: ꝙ virtutes ordinantᷓ ad bn̄ operandū: dona vero ad resistēdū tentationibus. Sed nec ista distinctio sufficit: qꝛ ēt virtutes tentationibus resistūt inducētib⁹ ad pctā: q̄ ɔ̄riantᷓ virtutibus: vnūqđqꝫ. n. nālr̄ resistit suo ɔ̄rio: qđ p̄cipue pʒ ď charitate: de q̄ dr̄ Can̄. 8. Aque multe nō potuerūt extiguere charitatē. Alij vo ɔsiderātes: ꝙ ista dona traduntᷓ in scriptura sm ꝙ fuerūt in xp̄o: vt pʒ Isa. xi. dixerūt ꝙ virtutes ordinantur simplr̄ ad bn̄ oꝑandū: sed dona ordinātᷓ ad h: vt ꝑ ea ɔformemur xp̄o: p̄cipue q̄tū ad ea: q̄ passus ē: qꝛ i passione eius

ſione eius precipue hec dona reſplenduerunt: ſed hoc etiam non videtur eſſe ſufficiens:qꝛ ipe dominus precipue nos inducit ad ſui ꝯformitatez ſm humilitatē ꝛ manſuetudinē Mathei.xi.Diſcite a me:qꝛ mitis ſum ꝛ humilis corde:ꝛ ſm charitatē vt Jo.15. Ut diligatis inuicem ſicut dilexi vos:ꝛ he ēt virtutes ꝑcipue in paſſione xpi refulſerunt. Et iō ad diſtinguēdū dona a virtutibus debemus ſequi modū loquendi ſcripture:in q̄ nobis tradunꝰ. Non qdem ſub noīe donoꝝ:ſed magis ſub noīe ſpūum:ſic.n.dr̄ Jſa.xi. Requieſcet ſuꝑ eū ſpiritus dn̄i:ſpū ſapie:ꝛ intellectus ꝛc̄. ❡ Ex qbus verbis māifeſte daꝰ intelligi:ꝙ iſta.7.ꝯnumeranꝰ ibi ſm ꝙ ſunt in nobis ab inſpiratiōe dina. inſpiratio aūt ſignat q̄dā motionē ab exteriori. Eſt.n.ꝯſiderandū:ꝙ ī hoīe

Tex.c.8. eſt duplex ꝑn^m mouens. Unū interius qd̄ eſt rō. Aliud aūt exterius qd̄ eſt deus:ꝛ hoc phs dicit in caplo de bona fortuna. Māifeſtū eſt aūt ꝙ oē:qd̄ mouetꝰ neceſſe eſt ꝓportionatū eſſe motori:ꝛ hec eſt ꝑfectio mobilis inquantū eſt mobile:diſpō qua diſponiꝰ ad hoc: qd̄ bn̄ moueaꝰ a ſuo motore:quanto igiꝰ mouens eſt altius: tāto neceſſe eſt:ꝙ mobile ꝑfectiori diſpōne ei ꝓportioneꝰ:ſicut videmus ꝙ perfecti⁹ opꝫ diſcipulū eē diſpoſitum ad hoc:qd̄ altiorem doctrinaꝫ capiat a docente. Manifeſtū eſt aūt ꝙ virtutes humane perficiunt hominem ſm ꝙ hō natus eſt moueri per rōnē:in his que interius vel exterius agit:opꝫ igiꝰ ineſſe hoī altiores ꝑfectiones:ſm quas ſit diſpoſitus ad hoc ꝙ diuinit⁹ moueaꝰ:ꝛ iſte ꝑfectiones vocanꝰ dona non ſolū qꝛ infundunꝰ a deo:ſed qꝛ ſm ea hō diſponiꝰ:vt efficiaꝰ prōpte mobilis ab inſpiratione dina ſicut dr̄ Jſa.60. Dn̄s aperuit mihi aurē:ego aūt non ꝯdico:retrorſum non abq.

Tex.c.8. Et phs ēt dicit z° de bona fortuna: ꝙ his qui mouenꝰ per inſtinctū diuinū non expedit ꝯſiliari ſm rōnē humanā:ſm ꝙ ſequunꝰ interiorē inſtinctū: qꝛ mouenꝰ a ꝑn°meliori q̄ ſit rō hūana. Et hoc eſt qd̄ qdā dicūt ꝙ dona ꝑficiunt hoīeꝫ ad altiores actus q̄ ſint actus virtutum.) Hec ille. ❡ Eādē ꝯclōnē tꝫ tertio ſen. diſ.34. q.i.ar.i. ❡ Ex qb⁹ pōt formari talis rō. Diſpōnes mobiles ad hoc vt ꝓmpte moueanꝰ a motorib⁹ diuerſaꝝ rōnū ꝛ alteri⁹ gn̄is in mouēdo opꝫ eſſe diuerſaꝝ rōnū: ſed dōa ꝛ virtutes ſunt hꝰ diſpōnes: ergo ꝛc̄. ❡ Scd̄a ꝯclō. Hmōi dona remanebūt ī patria. Hāc ꝓbat ſan. Tho.ꝑma z^e.q.68.ar.6.vbi ſic dicit. (De donis poſſumus loqui dupl'r. Uno mō quantū ad eſſentiā donoꝝ ꝛ ſic ꝑfectiſſime erunt in patria: ſicut pꝫ per auctoritatem Ambro.in lib.de ſpū ſcō:vbi dicit. Ciuitas dei illa Hyeruſalē celeſtis nō meatu alicuius fluuij terreſtris abluiꝰ:ſed ex vite fonte ꝓcedens ſpūs ſcūs: cuius nos breui ſatiamur hauſtu: in illis celeſtibus ſpiritibus redundantia vr̄ afluere pleno.7.virtutū ſpūaliū feruēs vel fluens meatu. Cuius rō eſt:qꝛ dōa.ſ.ſ. perficiūt mētem humanā ad ſequendū motionē.ſ.ſ. qd̄ ꝑcipue erit in patria:qn̄ deus erit oīa ī oībus: vt dr̄ ꝑma Cor.15.qn̄ hō erit totaliter ſubditus deo. Alio mō pñt cōſiderari quantū ad mām:circa quā operaꝰ: ꝛ ſic in pn̄ti habēt operationē circa aliquā mām: circa quā non habebūt operationem in ſtatu glorie:ꝛ ſm hoc non manebūt in

Prima ſcd̄e q.77. ar 1. ꝛ ſupra diſt.33. ꝯclōne q̄rta. patria:ſicut ſupra de virtutibus cardinalibus dictum eſt.) Hec ille. ❡ Itē tertio ſen.di.34.q.i.ar.3° ſic dicit. (Modus vniuſcuiuſqꝫ rei ex ꝓpria menſura ꝑpigiꝰ:vnde modus actionis ſumiꝰ ex eo:qd̄ eſt regula ꝛ mēſura actionis:ꝛ iō cū dona ſint ad operandū ſupra humanum modū:opꝫ ꝙ donoꝝ oꝑatiōes menſurenꝰ ex altera regula q̄ ſit regula humane virtutis:que eſt ipſa diuinitas ab hoīe ꝑticipata ſuo mō:vt iā nō humanitus: ſed q̄ſi deus factus participatiue opereꝰ:ꝛ ita oīa dōa cōicant in menſura operationis. Differunt aūt in mā: circa quā operanꝰ. Illa.n.que in vita actiua perficiūt:habent materiam cōem cum virtutibus moralibus: illa vero que perficiunt in vita ꝯtemplatiua:habent mām cōem cum virtutibus theologicis ꝛ intellectualib⁹:eo ꝙ ꝑcipuum obiectū ꝯtemplationis eſt deus:qui ē obꝫ virtutū theologicaꝝ:dona igiꝰ illa:que perficiunt ī vita actiua:non manent quantū ad actus:quos hn̄t circa ꝓpriam mām:ſicut nec virtutes cardinales: qꝛ nec timor a noxijs retrahit:nec fortitudo difficilia ſuſtinere facit:ſed manebunt quantū ad actus: quos habent circa deū:qui eſt menſura operationis in illis:ſicut timor hoīem per reuerentiā deo ſubijciet. Dona aūt illa:que perficiunt in vita ꝯtemplatiua:remanebūt quantū ad actus:quos habent circa ꝓpriam mām: ꝛ quantuꝫ ad actus:quos habent circa ꝓpriam menſuram: ſed perficiuntur quantū ad modū: qꝛ quantūcūqꝫ dona ad altiores actus eleuent q̄ ſit cōis hoīuꝫ modus:nūq̄ tamen in via ad modū patrie pertingere poſſunt.) Hec ille. ❡ Ex qbus pōt formari talis rō. In quocūqꝫ ſtatu mens hoīs perfecte ſequitur motioneꝫ.ſ.ſ. ad actus ſuperhumanos:in eodem hꝫ diſpōnes vel habitus reddentes eā bn̄ mobilem a.ſ.ſ.ad tales actus:ſed ſtat⁹ patrie eſt hꝰ:igiꝰ ꝛc̄. Et in hoc ꝑmus articulus termiaꝰ.

Cōtra ꝑmuꝫ argu. Scot. di.34. q.vnica in reſ. ꝑncipali.

Quantum ad ſcd̄m articulū arguendū eſt cōtra concluſiones. ❡ Et qdem contra primam arguit Sco. ꝓbando ꝙ dona beatitudies ꝛ fructus non ſint habitus diſtincti a virtutibus. Primo. Nā naturali rōne concluditur neceſſitas habitus intellectualis ꝑficientis intellectuꝫ circa ſpeculabilia: ꝛ habitus perficientis intellectū circa operabilia: ꝛ ita habeꝰ habitus intellectualis tam ſpeculatiuus q̄ practicus. Cōſimiliter rōne naturali ꝯcludiꝰ neceſſitas habitus perficientis appetitum:circa ea que ſunt appetibilia in ordine ad ſe:ꝛ vlterius:circa ea que ſunt appetibilia in ordine ad alteruꝫ:ꝛ ita habeꝰ prima diſtinctio virtutis appetitiue ordinātis iſtos habitus per ordinē ad ſe ꝛ ad alteꝝ. Et ſi concludatur forte per rōnem naturalem:ꝙ homo non ſufficienter perficitur iſtis habitibus:ſicut concluditur neceſſitas alterius cognitionis q̄ acquiſite:tamen non ſufficienter concludiꝰ ratione naturali diſtincte.quis habitus appetitiuus:ꝛ quis habitus intellectiuus ſit alius ab iſtis:ſed ratiōabiliter tenetur illos habitus eē neceſſarios:quos eccleſia catholica docet eſſe neceſſarios:ꝛ ſic fide tenemus tres virtutes theologicas eſſe neceſſarias imediate perficientes animā reſpectu obiecti increati. ❡ Ex iſtis arguiꝰ ſic. Soli illi habitus ponēdi ſunt in viatore: quibus perficitur circa omne obiectum quantum perfici pōt ī via: ſed hmōi ſunt ſeptē virtutes in genere: nō curando de ſcientijs ſpeculatiuis acquiſitis:ergo ꝑter ſcientias ſpeculatiuas acquiſitas:non eſt ponendus habitus in viatore alius ſimpliciter a ſeptem virtutibus. Maior probatur. Qꝛ omne obiectum:circa qd̄ viator habet perfici in via non poteſt eſſe niſi de⁹ ꝛ creatura:ſed circa deum ſufficienter perficitur tribus virtutibus theologicis in ſummo quantū poteſt perfici: ſi illi habitus ſint perfectiſſimi:circa creaturas vero non loquēdo de ſpeculatiuis intellectus perfectiſſime perficiꝰ per prudentiam:ſi prudentia ſit perfectiſſima : ꝛ de omni agibili quantum ad omnem conditionem agibilis ꝛ perfectiſſime notam:ꝛ ita etiam quantum ad appetitum perfectiſſime ꝑficiꝰ tribus moralib⁹ ſi ſint ꝑfectiſſime:qꝛ tā circa alteꝝ ꝛ appetibile illi q̄ circa ſe: ꝛ apetibile ſibi:ꝛ

hoc primo vel directe:vel scdario ꝓpter illa prima. Et intelligendo de istis quatuor Cardinalibus:ꝙ sint i aliquo vnus hit⁹ numero: qui sit sibi vlis:tempantia vel vlis iustitia:hoc est circa oia: ꝫ ꝙ singule spēs iustitie sunt circa sua ꝓpria oba. ¶ Silr per tres virtutes theologicas sufficienter perficiť viator circa deū imediate: qꝛ circa ipm vt imediate intelligendū in via sufficienter pficit fides:qꝛ de deo in via non pōt haberi nisi cognitio fidei:ꝛ circa ipm vt est diligibilis in se sufficienter perficit charitas:ꝛ circa ipm:vt appetibilis:vt commodū mihi pficit spes:ꝫ nō ꝯuenit viatorē circa deuꝫ hre alios actus ordinatos ꝙ̄ intelligere ꝛ diligere eum in se:ꝛ appetere eū mihi vt bonū meū:igiť ꝛc. ¶ Cōsimilr circa oē aliud bonū a deo vt circa obꝫ sufficiēter perficiť viator habitibus intellectualib⁹ ꝛ appetitiuis: sed isti habitus pficiētes intellectū sufficiēter sunt virtutes intellectuales:nā virtutes intellectuales sufficiēter pficiunt intellectū viatoris quantū est posse ad cōsiderandū ꝛ syllogiçādū pratice. habitus ēt appetitiui ꝛ virtutes appetitiue sufficienter pficiunt appetitū ad appetendū ꝛ diligēdū oē diligibile in se: siue in ordine ad aliud: ergo hō pfectus tribus virtutibus theologicis ꝛ virtutibus intellectualib⁹ speculatiuis ꝛ praticis: ꝛ virtutibus moralibus ordinantibus ad se:ꝛ ad aliud sufficienter pficiť quātū pōt ꝯpetere viatori. Nō ḡ vr aliqua necessitas ponendi aliquos alios hitus ab istis: qui sunt virtutes theologice intellectuales ꝛ morales. ¶ Scdo. Si vtutes essent alij hitus a donis:sequiť ꝙ nullus ex vna pte esset idē alteri ex alia pte:ꝯńs est falsuꝫ.naꝫ fortitudo est virt⁹:ꝛ fortitudo est donū. ¶ Si dicať ꝙ ista fortitudo:ꝛ illa sunt alteri⁹ rōnis. ¶ Contra. Qꝛ hnt idē obꝫ:ꝛ sub eadē rōne: ergo sunt habitus eiusdē rōnis. ¶ Diceť forte ꝙ nō:qꝛ virtutes pficiunt mō humano:sed dona mō suphumano. ¶ Cōtra illō obijciť Mar.i.sic. Qꝛ charitas est excellentissimū donum dei ſm Augu.13.de tri.ca.19. ꝛ ꝙ plus est ꝫ Apo. pᵃ Cor.13. Si fortitudinē habuero: ꝛ si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā ꝛc.qō vr esse mō suphūano:qꝛ si qrerem ardere ꝑ deo:charitatē aūt nō habuero: nihil mihi ꝓdest:ergo vr ꝙ nullū donū excellentius pficiat ꝙ̄ charitas:que tn̄ est virtus. ¶ Itē 2⁰. Circa terribilia cōtingit virtutē humanā recte tenere mediū:ergo recti⁹ ꝛ rectissime quantū est posse tali nāe:sed hoc pōt ex hitu fortitudinis intendere:ꝛ intēdere ſm gradus: ḡ nō variant spēꝫ:igiť idē hitus in spē disponit hoīem ad sustinendū aliqd mō pfectissimo ꝛ infimo:si aūt nō pōt: ꝫ alio ꝛ alio:igiť ille habitus:qui disponit hoīem ad sustinendū in ifimo gradu de necessitate est ip̄fect⁹ quātum ad actū suū ꝛ obm:qꝛ circa terribilia sustinere nō pōt hēre rōnē pfectiorē:sed ad hoc ꝙ aliqs hēat se pfecte circa ea:opꝫ vt hēat aliū habitū i spē:sed pluralitas spēꝝ nō est ponēda sine necessitate manifesta:vbi vna spēs nō sufficeret:qō in ꝓposito nō hꝫ locū. ¶ Iteꝫ 3⁰. Xp̄s tristabať in sua passione:ꝛ vlr oīs martir sibi dimissus.i.si non fiebat circa eū miraculū quantūcunqꝫ sustineret voluntarie:non sine tristitia quacūqꝫ sustinuit sicut pbať per illud.14.de ciui.dei. Ubi arguit ꝯ phōs dicentes se esse beatos:qꝛ habuerūt qcquid voluerūt: qꝛ si pspera acciderunt:illa noluerūt:si aduersa accidebant illa voluerunt:qꝛ patienter sustinuerūt. ¶ Cōtra eos arguit Augu. Qꝛ in aduersis non habuerūt qō voluerunt.qꝛ quantū erat ex se noluerūt ea accidere:si tn̄ acciderent: voluerunt illa patienter sustinere: ne patiētia amissa miseriores fierēt: ꝛ hoc psuadeť: qꝛ patiētia nō pōt esse circa appetibile ſm se:miseri erant ergo in vita ista:qꝛ sustinēdo aduersa habuerūt aliquid:qō nō oīmō voluerunt:qꝛ obꝫ patientie eoꝝ nō erat absoluta rōne volibile:sed suppōrtādo patiendū. ¶ Itē 4⁰. Impossibile est eundē simul agere eundē actū humane ꝛ suphumane:ergo acqsito dono euacuať virtus ꝓus acqsita vel infusa in baptismo; vel si māeat:nō erit possibilis exire in actū suū:vel non necessario:qꝛ ex pfectiori dono poterit exire in actū suū:eodē mō hitudinem euacuabūt virtutes ꝛ dona:vel saltē necessitateꝫ eoꝝ:qō vr incōueniēs:potissime si sit sermo de virtutibus theologicis:qꝛ charitas non euacuabiť in pria:nec fides:aut spes in via. ¶ Item qnto. Qꝛ illa vocabula humane ꝛ suphumane sunt metaphorica:qꝛ oīs actus hoīs ꝓprie loquendo est humanus:sicut.n.necessariuꝫ est actionē rectā ꝯuenire fini:ꝛ obo:ꝛ alijs circūstātijs: ita ēt necessariū est:ꝙ ꝯueniat ipsi operanti:non.n.mihi ꝯuenit agere qō ꝯuenit regi:ꝛ multo minus: qō ꝯuenit angelo:ergo necessariū ē ad rectū hoīs actū:ꝙ agat illum mō humano. Quicūqꝫ igiť habitus infusus disponit hoīem simplr ad agendū mō hūano: disponit eū absolute ad agendū illud circa qḃcunqꝫ. ¶ Itē 6⁰. Si quis semꝑ oraret:ꝛ dareť ei donū itellectus:ꝛ nō exercitaret se circa credibilia:qꝛ non haberet fidē acqsitaꝫ sine qua fides infusa nō exit in opus: posset aūt opari modo suphumano parte:qꝛ hēret donū:ergo posset excellētius agere circa credibilia ꝙ̄ alius exercitatus in sacra scriptura:qō non expimur:imo quicūqꝫ talis forte facilius erraret circa credibilia ꝙ̄ alius bene exercitatus i sacra scriptura. ¶ Itē 7⁰. Circa tot ꝯuenit bene ordinari humane:circa quot suphumane: ergo idē est modus vtrobiqꝫ. ¶ Diceť forte:ꝙ virtutes disponunt voluntatē:vt est mobilis a rōne:sed dona pficiunt eā: vt est mobilis a spū scō. ¶ Cōtra hoc arguiť pmo. Qꝛ supponit falsum.s.ꝙ rō moueat voluntatē:ita ꝙ virt⁹ non sit nisi dispō mobilis in voluntate a ratiōe mote. ¶ Scdo. Qꝛ ſm hoc nō ponit distinctio beatitudinū a donis. ¶ Tertio. Qꝛ ex quo deus dedit habitū volūtati semꝑ assistit volūtati:ꝛ habitibus ad actus sibi cōuenientes:sicut postꝙ̄ illuminauit cecum miraculose semper assistebat illuminato:vt posset mouere illā potentiaꝫ:igiť per idē est aliqd ꝓportionatū pmo mouēti ꝛ scdo:ergo si per habitum virtutis potentia ꝓportionať sibyssi:per idem sufficienter ꝓportionať spūi scō: vt mouenti primo:non ergo ꝓpter istā rōnem opꝫ necessario ponere alios hitus. hec Sco. in forma. ¶ Cōtra scdam ꝯclōnē arguit Duran. pbando ꝙ aliqua dona.s.puta ꝯsilium:fortitudo:timor: pietas non remaneant in patria quo ad actū. ¶ Primo. Qꝛ nulla potēcia pōt in aliquē actum nisi ad pñtiā obi:sed oba istoꝝ donoꝝ non erunt in patria:qꝛ donū pietatis est ad ꝯpatiendū ꝓximo.donū timoris ad retrahenduꝫ a malo. donū ꝯsilij ad ꝯsulendū in dubijs:sed in patria nō erit cōpassio de miseria cuiuscūqꝫ:nec aliqs idigebit retractione a malo:nec erit aliqua dubitatio de aliquo agendo:igiť actus hoꝝ donoꝝ nō erunt in patria. ¶ Secūdo. Qꝛ pdicta dona pficiunt hoīem in vita actiua: sed illa euacuabiť in patria: ergo ꝛ hec dona quantum ad actus. hec ille. Et in hoc secundus articulus terminať.

Quantum ad tertium articulū rńdendum est obiectionibus supradictis. ¶ Et quidem ad pᵐ Sco.ꝯ pmam ꝯclōneꝫ negať minor ꝓ illa pte:qua dicit ꝙ p.4.virtutes Cardiales:si sint pfectissime:sufficienter pficiť hō circa creaturas quantū possibile ē eū pfici, i via:qꝛ nulla illaꝝ qtuor pficit aliquā potentiam aīe put est mobilis a spū sancto in finē supnaturalem

Virtutes mō hūano ꝛ dōa suphumādo pficiunt. hec arg⁹ adducit ꝯ hen. quo.4.q.33.

virtutes a donis distiguūť ꝑ hoc ꝙ virtutes volūtatem disponūt vt a rōne:dona āt vt a.s.s. mobilis est.

Cōtra scdaꝫ ꝯclōnē Dura. disti.33.q.4. Utrum dona quo ad actuꝫ remaneāt in pria.

nālem:sed solū put est mobilis a rōne loquendo de
iustitia:fortitudine:temperātia:vel pficit rōnē ipsam
put mouet̄ ab intellectu principioꝝ nālr cognoscibi-
lium:vel in lumine fidei loquendo de prudentia. ⁊ de
hoc multa dicta sunt in pbatione pme ↄclusionis. De
hoc scūs Tho. pma scđe. q. 68. ar. 2. arguit sic. (Ad sa-
lutē hoīs sufficit ꝙ hō bn̄ se habeat circa diuina: ⁊ cir
ca humana: sꝫ p virtutes theologicas hō bn̄ se hꝫ circa
diuina: p virtutes aūt morales circa hūana. ḡ dona nō
sunt hoī necessaria ad salutē.) ¶ Ecce argumentum.
¶ Sequit̄ rn̄sio. (Dōm (inqͫt) ꝙ p v̄tutes theologicas
⁊ morales nō ita perficit̄ hō in ordine ad vltimū finē:
qn semp indigeat moueri quodā supiori instinctu. s. s.
rōne iam dicta.) Hec ille. ¶ Que aūt sit illa rō ondit
ibidem dicens. (Dona sunt qđā hoīs pfectiōes: qbus
homo disponit̄ ad hoc: ꝙ bn̄ sequat̄ diuinū instinctū.
Uñ in his: in qbus nō sufficit instinctus rōnis: sꝫ est ne
cessarius instinctus spūs sci: p cōsequēs necessariū est
donū. Ratio aūt hoīs est pfecta a deo duplr. Primo
qdē nāli perfectione. s. sꝫ lumē nāle rationis. Alio mō
quadā supnāli pfectiōe p v̄tutes theologicas. Et q̄uis
hec scđa pfectio sit maior q̄ pma: tn̄ pma pfectiori mō
hr̄ ab hoīe q̄ 2ª. Pria enī hr̄ ab hoīe q̄si plena posses-
sio: scđa aūt habet̄ q̄si ipfecte. Impfecte enī diligim⁹
⁊ cognoscimus deū. Manifestū est aūt ꝙ vnū qđqꝫ: qđ
pfecte hꝫ nām vel formā aliquā: pōt p se sm illā opari:
nō tn̄ exclusa opatione dei: q in oī nā ⁊ volūtate interi⁹
opatur: sed illud qđ ipfecte hꝫ nām aliquā: aut formā:
aut virtutē: nō pōt p se opari nisi ab alio moueat̄: sicut
sol: qꝛ est pfecte lucidus: p se ipm pōt illuminare: luna
aūt: i q̄ est ipfecte nā lucis: nō illuminat nisi illumina
ta. Medicus ēt q pfecte nouit artē medicine: pōt p se
operari: sꝫ discipulus eius: q nōdū est plene instructus
nō pōt p se operari nisi ab alio instruat̄. Sic igit̄ q̄tū
ad ea: q̄ subsunt rōni hūane in ordine ad finē cōnālē
hoī: pōt opari hō p iudiciū rōnis: sꝫ tn̄ in hoc hō ēt ad-
iuuet̄ a deo p spālē instinctū: hoc erit supabūdantis bo
nitatis. Uñ sm philosophos nō quicūqꝫ hēbant virtu
tes morales acqsitas habebāt virtutes heroicas: vel di
uinas. sed in ordine ad finē vltimū supnālē: ad quē rō
mouet sm ꝙ aliqualr ⁊ ipfecte informata est p virtu-
tes theologicas: nō sufficit motio rōnis: nisi desup ad-
sit instinctus: ⁊ motio. s. s. sm illud Ro. 8. Qui spiritu
dei aguntur: hi filij dei sunt ⁊ heredes: ⁊ in ps. dicitur.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: qꝛ. s.
in hereditatē terre beatoꝝ: nullus pōt venire nisi mo-
ueatur: ⁊ ducatur a spū sancto. Et iō ad illum finē con-
sequendū necessariū est hoī hr̄e donum. s. s.) Hec ille.
¶ Itē ibidem 3° loco arguit sic. (Grego. dicit in scđo
moraliū ꝙ. s. s. dat sapiam ↄ̄ stultitiam: intellectū ↄtra
hebetudinē: cōsiliū ↄtra pcipitationē: fortitudinē ↄtra
timorē: sciam ↄ̄ ignorantiā: pietatē contra duritiē: hu
militatē cōtra supbiam: sed sufficiēs remediū pōt ad-
hiberi ad oīa ista tollenda p v̄tutes. ergo dona nō sunt
necessaria homini ad salutē.) ¶ Ecce argumentum.
¶ Sequit̄ responsio. (Dōm (inquit) ꝙ rōni humane
non sunt oīa cognita: neqꝫ oīa possibilia: siue accipiat̄:
vt pfecta pfectione nāli: siue vt pfecta theologicis vir-
tutibus. Uñ nō pōt q̄tū ad oīa repellere stultitiam: ⁊
alia de qbus ibi fit mētio. Sꝫ deus: cuius scie ⁊ potesta
ti oīa subsunt: sua motione ab oī stultitia: ⁊ ignorantia:
⁊ hebetudine: ⁊ duritia: ⁊ hꝫ: nos tutos reddit. Et ideo
dona. s. s. que faciunt nos bn̄ sequentes instinctū ipsius
dicuntur ↄ̄ hꝫ defectus dari.) Hec ille. ¶ Ex quibus
apparet: ꝙ preter habitus v̄tutū sunt necessarij alij ha
bitus: quos dicimus dona: qꝛ preter inclinationē virtu
tū: que se hn̄t q̄si actiue: idigemus motione passiua ex
pte nostri: ⁊ actiua. s. s. ad tendendū in finē supnālē: ad
quā motionē passiuā disponūt habit⁹ donoꝝ: vt dictū
est. ¶ Ad 2ᵐ dr̄: ꝙ rn̄sio ibidē data bona est: qꝛ fortitu
do: q̄ est v̄tus: ⁊ fortitudo: q̄ est donū: differūt specifice.
Et ad huius iprobationē dr̄: ꝙ donū fortitudinis pficit
mō suphūano: vt ibidē dr̄. ¶ Et ad huius declaratio-
nē dicit. S. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 139. artı. p. (Fortitudo iportat
quandā aī firmitatē. ⁊ hec qdē firmitas animi reqrit̄
⁊ in bonis faciendis: ⁊ in malis pcauēdis: ⁊ pcipue i ar-
duis bonis ⁊ malis. Homo aūt sm pprium ⁊ ↄnālem
modū hanc firmitatē in vtroqꝫ habere pōt: vt non de-
ficiat a bono pp̄ter difficultatē: vel alicuius arduū im
plendi opis: vel alicuius generis mali pferendi: ⁊ sꝫ h̄
fortitudo ponit̄ virtus spālis vel generalis: sed vlteri⁹
a spū scō mouet̄ aīus hoīs ad hoc: ꝙ pueniat ad finē cu
iuslibꝫ opis icboati: ⁊ euadat q̄cūqꝫ pericula iminētia:
qđ qdem excedit nām hūanā. Qñqꝫ. n. non subest ptā-
ti hoīs: vt ↄsequat̄ finē sui operis: vel euadat mala: seu
pericula: cum qñqꝫ opprimat̄ ab eis in mortē: sed hoc
operat̄. s. s. in hoīe: dū perducit eū ad vitā eternā: que
est finis oīum beatoꝝ opeꝝ: ⁊ euasio oīum periculoꝝ:
⁊ huius rei infundit quādam fiduciā menti spūs scūs
ↄ̄trioꝝ timorē excludēs: ⁊ sꝫ hoc fortitudo ponit̄ donū
. s. s. dōa. n. s. s. respiciūt motionē aīe a spū scō.) Hec ille.
¶ Item in solu. primi sic dicit. (Fortitudo: que est vir
tus: perficit aīum ad sustinendū q̄cunqꝫ pericula: sꝫ nō
sufficit dare fiduciā euadendi q̄cūqꝫ pericula: sed hoc
ptinet ad fortitudinē: que ē donū. s. s.) Hec ille. ¶ Ex
quibus pꝫ: ꝙ lꝫ fortitudo virtus: ⁊ fortitudo que est do
nū. s. s. hēant idē obm māle. s. pericula ⁊ ardua. tn̄ obm
formale non est idē: qꝛ alr̄ firmat̄ hō per virtutē: ⁊ alr̄
per donū in eadē mā: ⁊ silr̄ dicti habitus ad diuersos fi
nes pximos ordinant̄: ⁊ iō distinguūt̄ specifice. ¶ De
hoc in suo silī loquit̄ sanc. Tho. pª 2ᵉ. q. 63. arti. 4. vbi
ondit quō virtutes morales acquisite ⁊ infuse specifice
distingunt̄: vt recitatū fuit in pcedenti qōne ar. 3° in rn̄
sione ad sextum argumentū Durā. ↄ̄ tertiā ↄclusionē.
¶ Tunc ad pmam iprobationē huius rn̄sionis dr̄: ꝙ
san. Tho. non ponit: ꝙ dona altiori mō pficiant q̄ vir-
tutes theologice potissime q̄ charitas: imo totū oppo-
sitū dicit: vt pꝫ pma scđe. q. 68. ar. 8. vbi sic dicit. (Vir-
tutes in tria genera distinguūt̄. Sunt. n. qđā virtutes
theologice: qđam intellectuales: qđam morales: virtu
tes qdem theologice sunt: qbus mens humana deo cō
iungit̄: virtutes aūt intellectuales sunt: quibus rō ipsa
perficit̄: virtutes aūt morales sunt: qbus vires appeti-
tiue perficiunt̄ ad obediendū rōni: dona aūt. s. s. sunt:
quibus oēs vires aīe disponunt̄ ad hoc: vt subdāt̄ mo
tioni diuine: sic ergo eadē vr̄ esse cōparatio donoꝝ ad
virtutes theologicas: per quas hō vnit̄ spūi scō mouē
ti: sicut virtutū moraliū ad virtutes intellectuales: per
quas pficit̄ rō: que est v̄tutū motiua: vñ sicut virtutes
intellectuales pferunt̄ virtutibus moralib⁹: ⁊ regulāt
eas: ita virtutes theologice pferunt̄ dōis. s. s. ⁊ regulāt
ea. Uñ Greg. dicit in pmo moraliū: ꝙ neqꝫ ad denarij
pfectionē septē filij. s. septē dona pueniunt nisi in spe:
fide: ⁊ charitate fuerit oē qđ agunt: sed si cōpemus do-
na ad alias virtutes intellectuales vel morales: dōa p-
ferunt̄ virtutibus: qꝛ dona pficiunt vires aīe in cōpa-
ratione ad spm̄ scm̄ mouentē: virtutes aūt pficiunt: vl̄
rōnē ipsam: vel alias vires in ordine ad rōnē. Manife
stum est aūt: ꝙ ad altiorē motorē opꝫ maiori pfectiōe
mobile esse dispositū: vñ pfectiora sunt dona virtuti-

Unde distin guatur forti tudo que est donū a forti tudine que est virtus.

Virtutes theologice preferuntur donis sicut virtutes intellectuales moralibus.

bus.) Hec ille. ¶ Item ar. 4° in solutio. tertij sic dicit. (Animus hoīs non mouet̃ a spũ scõ: nisi ſm aliquem modũ vniat̃: sicut instrm̃ non mouet̃ ab artifice: nisi per ꝯtactũ: aut per aliquã aliã vnionẽ. Prima aũt vnio hoīs ad deũ ẽ per fidẽ: spẽ: et charitatẽ: vñ iste virtutes p̃supponunt̃ ad dona sicut radices q̃dã donoꝝ: vnde oĩa dona ꝑtinent ad tres virtutes: sicut q̃dam deriuationes p̃dictaꝝ virtutũ.) Hec ille. ¶ Ad scdãz improbationez dicte r̃nsionis dr̃: ꝙ habitus fortitudinis virtutis quantũcunq3 intẽdat̃: non põt peruenire ad hoc: ꝙ rectificet: et firmet animũ humanũ in bonis agendis: et malis sustinendis eo mõ quo rectificat fortitudo que est donũ. Vñ ille rectitudines nõ differũt solũ ſm intensum et remissuz: sz ẽt specifice: vt ex dictis pz. ¶ Itẽ p̃ma scd̃e. q. 68. arti. 2° arguit sic scũs Tho. (Dona ordinantur ad q̃dã ꝑfectionẽ vltra cõmunẽ ꝑfectionez virtutis: nõ est aũt necessariũ hoi ad salutem: vt hõ ꝑfectionẽ cõsequat̃ q̃ est vltra cõmunẽ statuz virtutis: q2 hmõi perfectio nõ cadit sub p̃cepto: sed sub cõsilio. ergo dona nõ sunt necessaria ad salutẽ.) ¶ Ecce argumentũ. ¶ Sequit̃ responsio. (Dõm (inquit) ꝙ dona excedũt cõmunẽ ꝑfectionẽ virtutũ: nõ q̃tũ ad genus operaꝝ: eo mõ quo ꝯsilia excedunt p̃cepta: sed quo ad modũ operandi ſm ꝙ hõ mouet̃ ab altiori p̃ncipio.) Hec ille. ¶ Ad tertiã improbationẽ dr̃: ꝙ donũ fortitudinis in xp̃o: et in alijs martiribus nõ faciebat hoc: ꝙ nullaz tristitiaz corꝑalẽ sentirent: nec dolerent corporaliter: sed faciebat ꝙ tristitia corporalis nullo mõ absorberet rõnẽ: nec dominaret̃ ei: imo totalr̃ subderet̃ eius iperio. Et vlterius: ꝙ declaratio anialis esset maior tristitia aiali. De hac mã loq̃t̃ btũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. 123. arti. 8°. vbi q̃rit vtꝝ fortis delectet̃ in suo actu: et r̃ndit sic. (Duplex est delectatio: vna q̃dẽ corporalis: q̃ ꝯsequit̃ tactũ corporalẽ. Alia aũt aialis q̃ cõseq̃t̃ app̃hensionẽ aie: et hec ꝓprie cõseq̃t̃ oꝑa virtutũ: q2 in eis cõsiderat̃ bonũ rõnis: principalis vero actus fortitudinis est sustinere aliqua tristia ſm app̃hensionẽ anie: puta ꝙ hõ amitat vitã corporalẽ: quã virtuosus amat: nõ solum inq̃tũ est q̃ddã bonũ nãle: sz ẽt inq̃tum est necessaria ad oꝑa virtutũ: et q̃ ad eã ꝑtinẽt. Et iteꝝ sustinere aliq̃ dolorosa ſm ꝯtactũ corporis: puta vulnera et flagella. Et iõ fortis ex vna ꝑte hz vñ delectet̃ ſm delectationẽ aialẽ. s. de ipso actu virtutis et de fine eius: ex alia v̓o ꝑte hz vñ doleat aialiter: dũ cõsiderat amissionẽ ꝓp̃e vite ẽt corꝑalr̃: vñ vt legit̃ 2° Macha. 6. Heleazarus dicit. Duros corporis sustineo dolores: ſm aiam v̓o ꝑꝑ timorẽ tuum libenter hoc patior. Sensibilis aũt dolor corporis facit nõ sentiri aialẽ delectationez v̓tutis: nisi forte ꝑꝑ suꝑabũdãtẽ dei grãz: q̃ forte eleuat aiam ad diuina: in q̇bus magis delectat̃ q̃ a corporalib⁹ penis afficiatur. Sicut beatus Tiburcius cuz suꝑ carbones incensos nudis plantis incederet: dixit ꝙ videbat̃ sibi ꝙ super roseos flores ambularet. Facit tñ virtus fortitudinis: vt rõ nõ absorbeatur a corꝑalibus doloribus. Tristitiã aũt aialẽ suꝑat delectatio v̓tutis: inq̃tuz hõ p̃fert bonũ v̓tutis vite corꝑali: et q̇buscũq3 ad eã ꝑtinẽtibus. Vñ dicit p̃hs 3° ethi. ꝙ a forti nõ req̇rit̃ vt delectet̃: q̃si delectationẽ sentiẽs: sz sufficit: ꝙ nõ tristet̃.) Hec ille. ¶ Ex q̇bus habet̃ qualr̃ virtus fortitudinis nõ tollit omnẽ tristitiã corporalẽ aut animalem: sed tenet rõnẽ: ne a q̃cũq3 tristitia absorbeat̃: et ne hõ deficiat a bono ꝑꝑ difficultatẽ alicuius ardui operis iplendi: vel alicuius generis mali ꝑferendi. Sed vltra hoc donũ fortitudinis cõfert fiduciã ꝑueniendi ad finem cuiuslibet operis inchoati: et euadendi q̃cũq3 pericula:

Cap. ij.

vt prius dictũ est in p̃ncipio solutionis huius. 2. p̃ncipalis argumenti. ¶ Itẽ p̃ma scd̃e. q. 69. ar. 3°. sic dicit. (A sequela passionũ irascibilis retrahit virtus: ne hõ in eis superfluat ſm regulã rõnis. Donũ aũt excellentiori mõ: vt. s. hõ ſz voluntatẽ diuinã totalr̃ ab illis trãquillus reddat̃. A sequela vero passionũ ꝯcupiscibilis retrahit virtus moderate hmõi passionib⁹ vtendo: donũ vero si necesse fuerit eas totalr̃ abigendo: q̇n imo si necessariũ fuerit volũtariũ luctũ assumẽdo.) Hec ille. ¶ De hoc plenius dicet̃ inferius. ¶ Ad 4ᵃᵐ improbationẽ dr̃: ꝙ impoĩe est eundẽ sil̃ agere eundẽ actũ p̃cise: et tñ humane: et simul cũ hoc agere eundẽ actũ suꝑhumane: sz nulla ꝯtradictio: aut ipossibilitas est aliquẽ agere vnũ actũ suꝑhũane: et simul cũ hoc agere illum actũ cũ oi mõ ꝑfectionis humane: et cũ oĩ ꝑfectiõe que est in mõ humane actionis: vt humana est: excludẽdo negationẽ: et omnẽ iꝑfectionẽ cõcomitantẽ actionẽ humanã inq̃tũ hmõi: sed suꝑaddẽdo ꝑfectionẽ: sicut hõ addit super anial: et oĩa genera p̃cedẽtia animal. ¶ Dr̃ 2°: ꝙ posito: sed nõ concesso ꝙ isti duo modi agendi. s. humane. et suꝑhumane essent icõpossibiles: nõ ex hoc sequit̃ ꝙ donũ euacuet oĩno habitũ vel actũ virtutis: q2 habens vtrũq3 habitũ põt vti seorsuz vno sine alio potissime q2 habitus doni magis disponit ad motionẽ passiuã a spiritu sancto q̃ ad actiuã a seipso. Vñ scũs Tho. 2ª 2ᵉ. q. 52. ar. 2°. in solutione p̃mi sic dicit. (In donis. s. s. mens humana nõ se hz vt mouens: sed magis vt mota.) Hec ille. ¶ Et sic pz: ꝙ aliq̇s põt agere hũane: dum vtitur habitu virtutis: et põt agere suꝑhũane: dũ mouet̃ a. s. s. a quo tñ potentia anie sic mouet̃: vt ẽt aliq̇d ipsa agat. Vñ scũs Tho. p̃ma 2ᵉ. q. 68. arti. 3°. arguit sic. (Dona spũs sci ꝑficiunt hoiem ſm ꝙ agitur a spũ sancto: sz inq̃tũ hõ agit̃ a spũ dei: se hz quodãmõ vt instrumentũ ipsius: vel respectu illius: nõ aũt cõuenit vt instrumentũ ꝑficiat̃ ꝑ hitũ: sed p̃ncipale agens. ergo dona. s. s. nõ sunt habitus.) ¶ Ecce argumentuz. ¶ Sequitur r̃nsio. (Dõm (inquit) ꝙ rõ illa ꝓcedit de instrumẽto: cuius nõ est agere: sz solũ agi: tale autez instrumentũ nõ est hõ: sed sic agitur a spũ sancto: ꝙ ẽt agit inq̃tũ est liberi arbitrij. vñ indiget habitu.) Hec ille. ¶ Ad q̇ntã iprobationẽ dr̃ ꝙ ista v̓ba oꝑari hũane: et suꝑhumane sunt in ꝓposito ꝓprie dicta: et nõ solũ metaphisica. Et ad hui⁹ iprobationẽ dr̃: ꝙ nõ oĩs actus hoīs est ꝓprie actus humanus: sicut sepe dcm̃ est ꝑ̃us: q2 nullus actus vegetatiue: aut sensitiue ꝑtis nõ ꝑticipans rõne est actus humanus. ¶ Itẽ actus hoīs ꝓcedens ab habitibus dei formantibus hominẽ: et ex motione. s. s. nõ ꝓprie est humanus: sed suꝑhumanus. Et de hoc dictũ est in probatione scd̃e ꝯnis. Itẽ. S. Tho. 3° sen. dis. 34. q. p̃ma arti. p̃. sic dicit. (Dona dantur ad altiores actus q̃ sint actus v̓tutũ. Vñ ad hui⁹ itellectũ sciẽdũ est: ꝙ cuz virtus in oĩbus reb⁹ inueniri possit ſz ꝙ hñt aliquas oꝑationes ꝓprias: in q̇bus ad hñ operãdum ex ꝓpria virtute perficiunt̃: loquentes tñ in mã morali de virtute intelligimus de virtute humana: q̃ q̇dem ad oꝑationẽ humanã hñ exequendã ꝑficit. oꝑatio autẽ hoīs põt dici triplr̃. Primo ex potentia eliciẽte vel imperante operationẽ sicut operatio rõnis: vel q2 est alicuius potentie que obedit rõni: q2 a rõne hõ hz ꝙ sit hõ. Nutriri aũt: videre: et hmõi nõ sunt operationes hoīs inq̃tũ est hõ: sed inq̃tũ est viuũ vel anial: et ſm hoc oẽs habitus ꝑficiẽtes ad oꝑationes aliquas in quibus nõ ꝑticipat vel cõmunicat cum brutis pñt dici v̓tutes hũane. Scd̃o mõ dr̃ operatio hũane ex mã siue obiecto: sicut ille que habent ꝓ materia passiones

siue

siue operationes hūanas. Sic enim virtutes morales
Cap. 9. ꝓprie dicunt̄ v̄tutes hūane: vt dicit phūs in. x. ethi. q2
opus speculatiue v̄tutis magis est diuinū q̄ humanū:
q2 h3 necessaria ⁊ eterna ꝓ mā: nō āt hūana. 3° mō dr̄
hūana ex mō: q2. s. in opationibus hūanis ꝑ vel 2° mō
dictis ēt modus hūanus seruat̄. Si aūt ea q̄ hois sunt
supra humanū modū gs exequat̄: erit opatio nō hūa
Cap. primo. na simplr̄: s3 quodāmō dīna. Uñ phs. 7. ethi. ꝯ virtutē
simplr̄ diuidit v̄tutē heroicā: quā diuinā dicit: eo ꝙ per
excellentiā virtutis hō fit q̄si deus. Et s̄m hoc dico: ꝙ
dona a virtutibus distinguūt̄ in hoc: ꝙ v̄tutes ꝑficiūt
ad actus mō hūano: sed dona vltra humanū modū.) Hec ille. ¶ Ex q̄bus apparet: ꝙ hō pōt agere suphūa
ne: ⁊ si non rōne potentie elicientis: tñ rōne māe circa
quā agit: ⁊ rōne modi agendi. ¶ Nec valet iprobatio
huius rñsionis: q2 opatio suphumana cōuenit agēti ho
mini inq̄tū fit ꝑ grām ꝑticeps diuine nāe: vt sit deus
ꝑ participationē: l3 nō conueniat sibi rōne nāe hūane
nude: ⁊ in purisnālibus cōsiderate: ⁊ nō supuestite ꝑti
cipatione diuinitatis. ¶ Itē. Operatio diuina: ⁊ suphu
mana pōt hoi cōuenire inq̄tū est instrumentū motu3
a. s. s. l3 nō cōueniat ei: vt ꝑncipali agenti: ⁊ multis alijs
modis p3 falsitas ⁊ nullitas illius argumēti. ¶ Ad sex
ta3 iprobationē dr̄: ꝙ nullo mō tangit nos: q2 nos non
ponimus: ꝙ aliq̄d donū. s. s. sit excellētius fide: aut spe:
vel charitate: vt prius visu3 est: nec ꝙ donū itellectus
opet̄ excellentiori mō q̄ fides: imo ponimus ꝙ dona
presupponūt hitus theologicos q̄si fontes ⁊ ꝑncipia di
rectiua donoꝝ. Uerūtñ donū intellectus h3 aliū actū
ab actu fidei: ⁊ q̄si alterius speciei. Uñ scūs Tho 2° 2°.
q. 8. ar. 5. sic dicit in solutione tertij argumenti. (Fides
importat solū assensum ad ea: q̄ ꝓponunt̄: sed intelle
ctus iportat quādā ꝑceptionē veritatis ⁊c.) ¶ Itē ar.
6. sic dicit. (Sapientia: scia: ꝯsiliū: intellectus ordinan
tur ad supnālē cognitionē: que in nobis ꝑ fidē fundat̄:
fides aūt est ex auditu: vt Ro. x. vñ op3 aliq̄ ꝓponi ho
mini ad credendū nō sicut visa: sed sicut audita: q̄bus
ꝑ fidē assentiat. Fides aūt ꝑmo ⁊ ꝑncipalr̄ se habet ad
ꝑmā veritatē: scḋario aūt ad quedā circa creaturas cō
sideranda: ⁊ vlterius extēdit se ēt ad directione3 hūa
noꝝ operū s̄m ꝙ fides ꝑ dilectionē opat̄. Sic igit̄ cir
ca ea: que fidei ꝓponunt̄ credenda: duo reqruntur ex
ꝑte nostra. Primo q̄dē vt intellectu penetrent̄ vel ca
piantur: ⁊ hoc pertinet ad donū intellectus. Scḋo autē
op3: vt hō de eis habeat rectū iudicium: vt estimet his
esse inherendū: ⁊ ab eorū oppositis recedendum. Hoc
igitur iudiciū q̄tū ad res diuinas ꝑtinet ad donum sa
pientie: q̄tum vero ad applicationē ad singularia opa
ꝑtinet ad donū cōsilij.) Hec ille. ¶ Ex q̄bus apparet:
ꝙ habitus donoꝝ presupponunt habitu3 fidei: ⁊ actus
doni intellectus: sapie: scie: cōsilij presupponūt actum
fidei. et iō casus quē ponit arguēs ē ipossibilis. ¶ Ad
7am improbationē negatur ꝯña ꝑmo loco facta: q2 lic3
virtus ⁊ donū operentur circa idē vel circa eadē oba:
nō tñ eodē mō: s3 modis specifice distinctis: sicut sepe
dictum fuit. Et ꝙ operent̄ circa easdem materias osn
dit sanctus Tho. ꝑma scḋe. q. 68. artic. 4°. vbi sic dicit.
(Dona sunt q̄dā habitus perficientes hoie3 ad hoc: ꝙ
ꝓmpte sequat̄ instinctū. s. s. sicut virtutes morales per
ficiunt vires appetitiuas ad obediendū rationi. Sicut
autē vires appetitiue nate sunt moueri per imperium
rōnis: ita omnes vires humane nate sunt moueri ꝑ in
stinctū dei: sicut a quadā superiori potentia. Et iō sicut
in oibus viribus hominis: que pñt esse ꝑnm humanoꝝ
actuū: sunt alique virtutes necessarie: ita ⁊ dona. s. s. in
rōne: ⁊ in vi appetitiua. Nō aūt est speculatiua ⁊ practi
ca: ⁊ in vtraq3 cōsideratur apprehensio virtutis: q̄ per
tinēt ad inuentionē: ⁊ iudiciū de veritate. Ad apprehē
sionē igitur veritatis ꝑfici ̄t speculatiua rō ꝑ intellectū
practica vero per cōsiliū: ad recte aūt iudicandū specu
latiua ꝑfici ̄t ꝑ sapia3: practica vero ꝑ scia3. Appetitiua
autē virtus in his q̄dē: que sunt ad alterū perfici ̄t per
pietatē: in his aūt que sunt ad seipsum: ꝑfici ̄t ꝑ fortitu
voluntati pponat. Sicut cũ aliqs habẽs rectam esti/ mationẽ de castitate seruanda p cõcupiscentiam dele/ ctabilis appetit cõtrariũ castitati: ppter hoc q iudiciũ rõnis aliqualiter a cõcupiscentia ligatur: vt dicit phs. 4°.cap. 7. ethi.) Hec ille. ¶ Itẽ de malo. q. 16. arti. 2°. sic dicit. (Appetitus nihil aliud est q̃ iclinatio quedã i appetibile: et sicut appetitus naturalis cõsequitur formã nãlẽ: ita appetitus sensitiuus vel intellectiuus sequit formam apprehensam. Nõ enim est nisi boni apprehensi p sen sum vel per intellectũ. nõ ergo põt malũ in appetitu accidere ex hoc: q discordet ab apprehensione: quã seq tur: sed ex eo q discordat ab aliqua superiori regula: et ideo cõsiderandũ est vtrũ illa apprehensio: quã sequit inclinatio huius appetitus sit dirigibilis aliqua supiori regula. Si enim nõ habeat supiorẽ regulã: qua dirigi debeat: tũc impossibile est: q malũ sit in tali appetitu. Et hoc qdẽ contingit in duobus. Apprehẽsio eni3 bru/ ti aialis nõ h3 superiorẽ regulã: qua debeat dirigi: et iõ in eius appetitu nõ põt malum esse. Bonũ enim est: q hmõi aĩal moueat ad cõcupiscentiã: vel irã scdm for mã sensibilẽ apprehensam. Uñ Dionysius dicit. 4. de di. no. q bonũ canis: est esse furibundũ. Similiter etiã intellectus diuinus nõ h3 superiorẽ regulã: qua dirigi possit: iõ in eius voluntate nõ põt esse malũ. In hoie aũt est duplex apprehensio superiori regula dirigẽda. Nã cognitio sensitiua d3 dirigi p rõnẽ: et cognitio ratio nis p sapiam: seu legẽ diuinã. Dupl'r igitur potest esse malum in appetitu hois. Uno mõ q2 apprehensio sen sitiua nõ regulatur fm rõnem: et fm hoc Dyo. dicit. 4°. de di. no. q malum hois est preter rõnem esse. Alio mõ q2 rõ hũana est dirigẽda fm sapiã et legẽ diuinã: et fz hoc Ambro. dicit: q pctm est transgressio legis diuine. In substantijs aũt a corpore sepatis est tm vna cogni tio. s. intellectualis dirigenda fm regulã sapie diuine. Et iõ in voluntate eaz potest esse malũ ex hoc: q nõ sequit ordinem superioris regule. s. diuine sapie.) Hec ille. ¶ Ex quibus et multis alijs que recitare longum esset. et in 2° sen. diffuse recitata sunt appet. ¶ Pmo q possibile est aliquem fm voluntatẽ male eligere: et sil cũ hoc habere rectã sciaz de agẽdis in vli. ¶ Scdo q possible est aliquẽ habere rectã estimationẽ et cognitio nẽ de agendis in vli actu: et in pticulari in habitu: et sil cum hoc peccare male eligẽdo. ¶ Tertio q ipole est aliquẽ recte estimare de agẽdis actu in vli et pticulari: et simul cũ hoc puerse eligere: vel peccare. ¶ Quarto q impossibile est aliquẽ habere pfectũ actũ prudẽtie et vltimatũ: et simul cũ hoc male eligẽdo peccare. Per fectus aũt actus prudentie est recte cõsiliari: recte iudi care: recte pcipere de pticulari agibili fm q agendum est hic et nunc: et fz oẽs circũstãtias. ¶ Quinto q nũq̃ voluntas peccat in hoc q discordat ab vltimato iudi cio et actu rõnis vel prudẽtie: sed q2 discordat a supio ri regla. ¶ Sexto q nũquã aliqs appetitus aĩalis vel rõnalis aut intelligibilis tendit in oppositũ illius: qd vltimate sibi pponit et precipit tanquã oĩno agendũ per vim apprehensiuã. Et per hec p3: q pmũ argumẽ tũ Scoti nõ valet. ¶ Ad 2m dicit pmo: q auctoritas phi nõ valet in pposito: q2 cõtra mentem eius aplica tur: et de hoc satis dictum est in solutione pmi. ¶ Dr 2° q nos nõ dicimus: q semp et necessario ad rectã esti mationẽ vel cõsiderationẽ intellectus de particulari agibili sequatur recta electio: q2 vt diffuse habitum est in scdo: intellectus nõ necessitat: nec necessario mouet voluntatem quo ad exercitium actus: sed solũ quo ad eius specificationẽ: et hoc respectu aliquoz: et nõ oium

4°.cap.

Cum quo in dicto vel scia peccatũ stare possit: et cum quo non.

distin. 25.

oboz. sed dicimus q peruersa electio non stat cũ pfe cto actu prudentie: nec cũ oĩmoda rectitudine rõnis. ¶ Itẽ dicimus q semp et necessario ad rectũ pceptũ rõnis sequit recta electio: et q ad omne preceptũ seqt electio: nõ aũt ad omne cõsilium vel iudicium. Et in hoc stat error et deceptio arguentis: et vis responsionis nostre pro hoc et sequẽtibus. Et ad hunc sensũ sunt in telligenda oĩa dicta sancti Tho. vbi videt oppositum dicere. s. q voluntas nõ cõtrariatur vltimato iudicio intellectus. accipit enim iudiciũ pro precepto. De hoc plus dicetur in sequentibus. Hec enim est quedã ma gna clauis in hac materia: ex cuius defectu multi fal luntur. Et in hoc multũ bene dicit Aureolus. ¶ Dicit 3° q non solum psuadendum est homini: q recte cõsi deret: imo q recte velit. si recta cõsideratio in vli: et pti culari de agibilibus nõ põt haberi sine rectitudine vo luntatis. De hoc satis dictũ est in duabus primis pclu sionibus. et vlterius de hoc scũs Tho. de virtutibus in tractatu de. 4. cardinalibus ar. 2°. sic dicit. (Prudẽ tia nõ põt esse sine virtutibus moralibus: est eni3 pru dentia recta ratio agibilium. Ad rectam autem rõnẽ: in quolibet genere requiritur: q aliquis habeat rectã estimationem et iudiciũ de pncipijs: ex quibus illa rõ pcedit: sicut in geometricalibus nõ potest aliquis ha bere estimationẽ rectam circa pclusiones: nisi habeat rectam rõnem circa pncipia geometricalia. Principia aũt agibilium sunt fines: ex his enim sumit rõ agen doz. De fine autẽ habet aliqs rectã estimationẽ p ha bitum virtutis moralis: q2 vt dicit phs 3° ethi. qualis vnusqsq3 est: talis et finis vr ei. Sicut virtuoso: vt appe tibile: vt finis: bonũ qd est scdm virtutẽ: et vitioso illud quod pertinet ad illud vitiũ. et est simile de gustu sa no et infecto. Uñ necesse est: q quicũq3 h3 prudentiam habeat et virtutes morales.) Hec ille. ¶ Ex qbus p3: q sicut virtus moralis reqrit prudentiã ad hoc vt re cte estimet de his: que sunt ad finẽ: ita prudentia req rit virtutẽ moralẽ vt faciat rectã estimationẽ de fine: et rectũ velle circa illũ. ¶ Itẽ pma 2e. q. 58. ar. 5. arguit sic. (Perfectio pdris nõ dependet a perfectione poste rioris: sed ratio est prior appetitu sensitiuo: et mouens ipsum. ergo virtus intellectualis: que est pfectio rõnis nõ dependet a vtute morali: que est pfectio appetitiue ptis. g põt esse sine illa.) ¶ Ecce argumẽtũ. ¶ Seqt responsio. (Dõm (inquit) q ratio fm q est apprehen siua finis precedit appetitũ finis: s3 appetitus finis pre cedit rõnem rõcinantẽ ad eligendum ea: que sunt ad finẽ: qd ptinet ad prudentiã: sicut etia3 in speculatiuis intellectus pncipioz est pncipiũ rõnis syllogizantis.) ¶ Itẽ ibidẽ in solutione tertij sic dicit. (Prudẽtia nõ solũ est bene cõsiliatiua: s3 etiã bene iudicatiua: et bene preceptiua. Qd esse nõ põt nisi remoueat impedimen tum passionũ corrũpentiũ iudiciũ: et preceptũ pruden tie. et hoc fit p virtutẽ moralẽ. ¶ Itẽ 3° sen. dis. 36. q. pma ar. pmo sic dicit. (Inest siqdẽ nobis pncipalis in clinatio quedã ad actũ prudentie: que virtus naturalis dr: et vocatur a pho demotica: quã nos industriã dicere possumus: q̃ quidẽ et ad bona et ad mala se habere põt. Uñ nõ est virtus: q2 virtus est que opus habẽtis semp bonũ reddit. Uñ si debeat ad hoc pduci: q semp eius iudiciũ sit rectũ: op3 q addatur aliqd: per qd oĩs error phibeatur. Est aũt duplex error in iudicio: vnus q est circa finẽ: sicut cõtingit in habente habitũ vitij: qui q dem inclinat ad actũ suũ sicut ad p se bonum. Et talis error in agendis assimilat errori: q est circa pncipia in speculandis. Alius error est in prosequutione finis: qd

Evasio apparentis contra dictionis in dictis sancti Thome.

9°. ethi. c. 16.

cõtingit cũ quis a recta conceptione: quã habꝫ de fine abducit̃ ꝑ passiones: sicut dr̃ ꝙ delectatio corrumpit existimationem prudentie. Et hic error assimilatur in agendis errori: qui est in speculabilibus circa decursuꝫ pncipioꝝ ad cõclusiones. Utrũqꝫ autẽ erroreꝫ ꝓhibet virtus moralis: que in finem rectum inclinationẽ facit: ⁊ passionem comprimit: ⁊ ideo prudentia nõ põt esse sine virtute morali: dico tempantia: fortitudine: ⁊ iustitia.) Hec ille. ¶ Ex quibus oĩbus pꝫ: ꝙ presupponit tanquam principiũ rectum velle respectu finis: lꝫ nõ presupponat: sed causet rectam electionem eorum: que sunt ad fineꝫ: ⁊ consequenter apparet: ꝙ nõ soluꝫ oportet persuadere homini: ꝙ recte consideret: imo ꝙ recte velit ⁊ appetat. ¶ Dicitur quarto ad rationem ibi factam: ꝙ licet intellectu recte dictante consiliando ⁊ iudicando dũtaxat: possibile sit voluntatem nec bene nec male eligere: vt supra dictum est: tamen impossibile est intellectuꝫ recte: ⁊ firmiter: ⁊ imutabiliter ꝯsiliãdo: iudicãdo: ꝓcipiẽdo dictare circa totã mãꝫ prudẽtie: aut agibiliũ. imo circa vnã ꝑtẽ prudentie ⁊ mãe moralis: nisi ꝑus ordie nãe appetit᷒ recte: ⁊ firmiter inclinet̃ in finẽ: ⁊ itellectus hẽat rectã estimationẽ de fine: imo quin ad tale ꝓceptũ sequatur electio ꝯformis precepto. qđ fit per virtutẽ moralẽ: vt dictũ est. Et iõ impossibile est prudẽtie habitũ in aliquo generari: nisi simul ⁊ semel cõcurrant ꝑmo ex parte rõnis ostensio

Ad generandum habitũ prudẽtie q̃tuor.

finis: vel finiũ ꝓximoꝝ materie moralis ꝑ synderesiꝫ ⁊ 2° ex ꝑte appetitus recta inclinatio in illum finem. 3°. ex parte rõnis recta syllogizatio de medijs ad fineꝫ cõsiliando: iudicando: precipiẽdo. 4° ex ꝑte appetitus electio preceptoꝝ: ⁊ ideo simul ⁊ semel generat̃ habit᷒ prudẽtie ⁊ ṽtutis moralis. ¶ De ꝑdictis. S. T. 3° sen. dis. 33. q. 2. ar. 3° sic dicit. (Ad ꝑfectionẽ virtutis moralis tria sunt necessaria. Primũ est ꝓstitutio finis. 2m ãt est inclinatio ad finem ꝓstitum. 3m est electio eoꝝ: que sunt ad fineꝫ. finis aũt proximus humane vite est hoꝫ rõnis in cõmuni. Uñ Dionysius dicit. 4. de diui. no. ꝙ malum hõis est cõtra rõnẽ esse: ⁊ ideo hoc est intentuꝫ in oĩbus virtutibus moralibus: vt passiones ⁊ opationes ad rectitudinem rõnis deducantur. rectitudo autẽ rõnis naturalis est. Uñ hoc mõ ꝓstitutio finis ad rõnẽ naturaleꝫ ꝑtinet: ⁊ precedit prudẽtiã: sicut intellectus

2°. ethi. ca. 9.

ꝑncipioꝝ sciam. et iõ dicit phs: ꝙ prudẽtia hꝫ ꝑncipia fines virtutũ. Sꝫ hoc bonũ rõnis determinat̃ ꝫm ꝙ cõstituitur medium in actionibus ⁊ passionibus ꝑ debitã cõmensurationẽ circũstantiaꝝ. qđ facit prudẽtia. Uñ mediũ virtutis moralis: vt in 2° ethi. dr̃: est ꝫm rectaꝫ rõnem: que est prudentia: ⁊ tunc quodãmodo prudentia prestituit finem virtutibus moralibus: ⁊ eius actus in eaꝝ actibus imiscetur. Sꝫ inclinatio in finẽ illum pertinet ad virtutẽ moralem: que consentit in bonum rõnis per modũ nature. Et hec inclinatio in finem dr̃ electio inquantum finis ꝓximus ad finem vltimũ ordinatur. Et iõ dicit phs: ꝙ ṽtus moralis causat electionem rectã: sed discretio eoꝝ: quibus hoc bonũ conseq possumus in opationibus ⁊ passionibus est actus prudentie. Uñ prestitutio finis precedit actuꝫ prudentie ⁊ virtutis moralis: sed inclinatio in fineꝫ siue recta electio finis ꝓximi est actus virtutis moralis principalr: sed prudentie originaliter. Unde phs dicit. ꝙ rectitu-

6. eth. ca. 3.

do electionis est in alijs virtutibus a prudentia: sicut rectitudo in intentione nãe est ex diuina sapientia ordinante naturaꝫ. et ꝫm hoc etiam actus prudentie in mixtus est actibus aliarum virtutũ. Sicut enim inclinatio naturalis est a ratione naturali: ita inclinatio virtutis moralis a prudẽtia. Electio aũt eoꝝ: que sunt ad finem ꝫm ꝙ electio importat preceptũ rationis de hĩs ꝓsequendis: est actus prudẽtie sibi ꝓprius distinctus ab actibus aliarum virtutũ.) Hec ille. ¶ Simile ponit 2a 2e. q. 47. arti. 6. nisi ꝙ ibi dicit. ꝙ ad prudentiam nõ pertinet prestituere finem virtutibus moralibus: sed solum de his: q̃ sunt ad finem. Finẽ autẽ virtutib᷒ moralibus prestituit ratio naturalis: que dicit̃ synderesis: ⁊ lꝫ virtutes morales tendãt in finem prestitutum a ratione naturali: ⁊ nõ a prudentia: tamen ad hoc iuuãtur ꝑ prudentiam: que eis viam parat disponendo ea: que sunt ad finem. et hoc vltimũ videtur probabilius. Quicqd aũt sit de hoc: apparet ex premissis ꝙ habitus prudentie non potest in aliquo generari per quecunqꝫ dictamina intellectus vel rõnis: nisi cõcurrant actus appetitus: ex q̃bus generat̃ virtus moralis. sicut supra allegatũ fuit de ꝑma. 2e. q. 58. art. 5. in solu. ꝑmi: vbi sic dic̃. (Rõ ꝫm ꝙ est apphẽsiua finis ꝓcedit appetitũ finis: sꝫ appetitus finis ꝓcedit rõnẽ rõcinanteꝫ ad eligẽdũ ea: que sũt ad finẽ: qđ ꝑtinet ad prudẽtiã ⁊c. ¶ Itẽ de virtutibus. q. 7. sic dicit. (Habitus in intellectu existentes diuersimode se hñt ad volũtatẽ. naꝫ quidã in nullo a voluntate dependẽt nisi q̃tũ ad eoꝝ vsum. Et hoc qdẽ ꝑ accidẽs: cũ vsus hꝰ habituũ aliter a volũtate depẽdeat: ⁊ aliter ab habitib᷒ ꝑdictis: sicut sunt scia: sapia: ⁊ ars. Nõ eni ꝑ hos hĩtus hõ ad hoc ꝑficit̃: vt eis bñ velit vti: sꝫ solũ vt ad hoc sit potẽs. Aliqs vero hit᷒ intellect᷒ depẽdet a volũtate: sicut a qua accipit ꝑnm. nam finis in opatiuis est ꝑnm: ⁊ sic se hꝫ prudẽtia. Aliqs vero habitus ẽt determinationẽ obi accipit a volũtate sicut est in fide. Fides eniꝫ ꝑficit itellectũ speculatiuũ ꝫm ꝙ impatur ei a volũtate. Qđ ex actu pꝫ: hõ. n. in his que sunt supra rõnẽ humanã nõ assentit ꝑ intellectũ nisi q2 vult: sicut Aug. dicit: ꝙ credere nõ põt hõ nisi volẽs. Et ita fides est in intellectu speculatiuo ꝫm ꝙ subiacet impio volũtatis: sicut tẽpantia est in cõcupiscibili ꝫm ꝙ subiacet impio rõnis. Uñ volũtas ipat intellectui credẽdo nõ solũ q̃tũ ad actũ exequẽdũ: sꝫ q̃tũ ad determinationẽ obi: q2 ex iperio voluntatis in determinatũ creditũ intellectus ascendit: sicut ⁊ indeterminatũ mediũ a rõne cõcupiscibilis ꝑ tẽpantiã tendit. Prudentia vero est in itellectu siue rõne practica: nõ qdẽ ita ꝙ ex volũtate determinet̃ obm prudentie: sed solũ finis. Obm auteꝫ ipsa ꝑquirit: presupposito. n. a voluntate fine boni: prudentia ꝑquirit vias: ꝑ quas hoc bonum ꝑficiatur ⁊ cõseruetur.) Hec ille. ¶ Ad 3m ꝑncipale dicit̃ ꝑmo: ꝙ mala electio voluntatis aut appetitus sensitiui nõ potest intellectũ totaliter excecare circa agibilia: sic ꝙ erret circa ꝑma ⁊ vniuersalissima principia in practicis. Põt tñ excecari ⁊ errare circa secundaria ꝑncipia vlia. et multo plus circa ꝑticularia

Intellectus nõ põt circa agibilia totaliter excecari

agibilia. De hoc scũs Tho. i multis locis ꝓtissime ꝑ°. 2e. q. 94. ar. 6. sic dicit. (Ad legem naturalem ꝑtinent quedã principia cõissima: que sunt oĩbus nota: quedã etiam scdaria precepta magis ꝓpria: que sunt q̃si conclusiones propinque ꝑncipijs. Q̃tum ergo ad illa ꝑncipia cõmunia nullo mõ lex naturalis potest a cordibus hoiuꝫ deleri in vniuersali. delet̃ tñ in particulari opabili ꝫm ꝙ rõ impedit̃ applicare cõmune ꝑncipiuꝫ ad ꝑticulare opabile ꝓpter concupiscentiam: vel aliaꝫ passionem. Q̃tuꝫ vero ad ꝓcepta scdaria põt lex nãlis deleri a cordibus hoium ꝓpter malas ꝑsuasiones: eo modo quo etiam in speculatiuis errores cõtingunt circa cõclusiones necessarias: vel etiam ꝓpter prauas cõsuetudines: ⁊ hitus corruptos: sicut apud quosdã nõ reputabantur

putabant̃ latrocinia peccata: vel ēt peccata ꝯ naturaꝫ.
vt etiam dicit Apo. ad Ro. i.) Hec ille. ¶ Item 2ª 2ᵉ.
q. 15. ar. primo ostendit quid sit cecitas mentis. (Sicut
(inquit) cecitas corporalis est priuatio eius: qđ est prin
cipium visionis corporalis: ita cecitas mētis est priua-
tio eius: qđ est principium intellectualis: seu mentalis
visionis: cuius qdem principiū est duplex. ¶ Unū qđ
est lumen naturalis rōnis: ⁊ hoc lumen cum pertineat
ad spēm anime rōnalis nūꝙ priuat̃ ab anima. Impe-
dit̃ tñ quandoqꝫ a ꝓprio actu ꝓpter impedimenta vi
rium inferioꝝ: quibus īdiget intellectus humanus ad
intelligēdū: sicut pꝫ in amētib⁹ ⁊ furiosis. ¶ Aliud aūt
principium intellectualis visionis est aliqđ lumen ha-
bituale naturali lumini rōis superadditū. Et hoc qdeꝫ
lumen interdum priuat̃ ab aīa: ⁊ talis priuatio est ceci
tas: q̄ est pena ſm ꝙ priuatio luminis gr̄e q̄dā pena po
nitur: vnde dicitur de quibusdaꝫ sapientie scđo. Exce-
cauit illos malitia eoꝝ. ¶ Tertiū pricipiū intellectua
lis visionis est aliqđ intelligibile primū: per qđ hō itel-
ligit alia: cui qdem principio intelligibili mens homi-
nis pōt intendere ⁊ non intendere: ⁊ ꝙ ei non intendit
cōtingit dupl'r. Qñqꝫ qdem ex hoc: ꝙ hꝫ voluntatem
spontanee se auertētem a cōsideratione talis principij
Psal. 35. ſꝫ illud ps. Noluit intelligere vt bene ageret. Alio mō
per occupationem mentis circa alia: que magis diligit
quibus ab inspectione huius principij mens auertitur
Psal. 57. ſm illud ps. Super cecidit ignis. s. ꝯcupiscentie: ⁊ non
viderunt solem: ⁊ vtroqꝫ modo cecitas mentis est pec-
catum.) Hec ille. ¶ Item eadē. q. ar. 3°. sic dicit. (Per
fectio intellectualis opatiōis in hoīe cōsistit in abstra-
ctione a sensibilium fantasmatibus: ⁊ ideo quāto itelle
ctus hoīs magis fuerit liber ab hmōi fantasmatib⁹: tā-
to magis intelligibilia ꝯsiderare poterit: ⁊ oīa sensibi-
lia ordinare: sicut Anaxago. dicit ꝙ opꝫ intellectum eē
immixtum ad hoc ꝙ imperet: ⁊ agēs oportet ꝙ domi
netur super materiam ad hoc: ꝙ eam possit mouere.
Manifestum est aūt ꝙ delectatio applicat intentionē
ad ea: in qbus aliquis delectat̃. Unde phs dicit. x. ethi.
Cap. 4. ꝙ vnusquisqꝫ ea: in quibus delectat̃: optime operat̃: cō
traria vero nequaqꝫ vel debiliter: vitia aūt corporalia.
s. gula ⁊ luxuria consistunt circa delectationes tactus.
s. ciboꝝ ⁊ venereoꝝ: que sunt vehemētissime inter cor
porales delectationes: ⁊ ideo per hec vitia intentio ho-
minis maxime applicat̃ ad corporalia: ⁊ per ꝯsequens
debilitat̃ intentio hoīs: ⁊ operatio circa itelligibilia.
Magis aūt per luxuriam q̄ per gulā: quanto delecta
tiones venereoꝝ sunt vehementiores q̄ ciboꝝ: ⁊ ideo
Cur cecitas mentis ex luxuria: ⁊ hebetudo sēsus ex gula. ex luxuria orit̃ cecitas mentis: que quasi totaliter spiri
tualium honoꝝ cognitionem excludit. Ex gula aūt he
betudo sensus: que reddit hominem debilem circa hu
iusmodi intelligibilia: ⁊ econtrario opposite virtutes.
s. abstinentia ⁊ castitas maxime disponunt hoīem ad
perfectionem intellectualis opationis: vnde dr̄ Dan. i.
ꝙ pueris his. s. abstinentibus ⁊ ꝯtinentibus dedit de⁹
sciētiam ⁊ sapientiā in oī lib. ⁊ sapia.) Hec ille. ¶ Ex
quibus pꝫ: quō intellectus pōt excecari: ⁊ quō non: ⁊ p
que principaliter excecat̃. ¶ Dr̄ scđo: ꝙ q̄ƚuīcunqꝫ pri
ma principia in opatiuis sint per se nota ex suis termi-
nis: ⁊ ꝯsil'r forma syllogi^ca: verūtñ peruerse passionat⁹:
vel habituatus: aut al'r male dispositus impedit̃: ne re-
cte discurrat a primis pncipijs operabiliū vsqꝫ ad ptī-
culare opabile: aut dato ꝙ circa particulare operabile
recte syllogiçaret ꝯsiliando ⁊ iudicando: nō tñ recte ꝑ-
ciperet. De pdictis sā. Tho. de malo q. 3. ar. 9. arguit sic
7. loco. (Quicūqꝫ scit vl'e: ⁊ scit singulare ꝯtieri sub vli

simul inducens cognoscit singulare: vt dr̄ primo post. Tex. c. tertij.
sicut qui scit oēm mulam esse sterilē: statim duꝫ scit h
aīal esse mulā: scit illud esse sterile: sed ille q scit nullaꝫ
fornicationē esse faciendā: nisi ēt sciret hūc actū eē for
nicationē: non reputaret̃ scienter: sed ignorāter pecca-
re: ergo si non peccat per ignorātiā nō solū scit in vli ſꝫ
etiā in pticulari.) ¶ Ecce argᵐ. ¶ Sequit̃ rñsio. (Ad
7ᵐ (inqt) dicēꝫ est: q cū act⁹ pctī ⁊ virtutis sit ſꝫ electio-
nem: electio. n. est appetitus pcōsiliati: consilium vero
est q̄dam inq̄sitio: necesse est vt in quolibet actu virtu
tis vel pctī sit q̄dam deductio quasi syllogi^ca: sed tñ ali
ter syllogiçat tēperatus: ⁊ al'r intēperatus: ⁊ al'r ꝯtinēs
⁊ al'r incōtinens. Tēperatus. n. mouet̃ tm̄ ſm iudiciuꝫ
rōnis: vñ vtit̃ syllo triū ꝓpōnū: ⁊ sic deducit: nulla for
nicatio est cōmitenda. hic actus est fornicatio: ergo nō
est faciendus: intemperatus vero total'r sequit̃ ꝯcupiscē
tiā, ⁊ iō ipse ēt vtit̃ syllo triū ꝓpōnū quasi sic deducēs:
oī delectabili est fruendū: hic actus est delectabilis: er Dr̄ia syllogisandi practice a ꝯtinente incōtinēte: tēperato: ⁊ intēperato.
go hoc est fruendū: sed tā ꝯtinens q̄ incōtinens dupl'r
mouet̃: ſm rōnem qdem ad vitandū pctm̄: ſm ꝯcupi-
scentiā vero ad cōmitendū: sed in cōtinente vincit iudi
cium rōnis: in incōtinente vero motus ꝯcupiscētie: vñ
vterqꝫ vtit̃ syllo. 4. ꝓpositionū. Sꝫ ad ꝯrias ꝯclones:
continens. n. sic syllogiçat: nullū pctm̄ est faciendū: ⁊ h
ꝓponit ſm iudicium rōnis: ſm vero motū ꝯcupiscen-
tie versat̃ in corde eius: ꝙ oē delectabile est ꝓsequen-
duꝫ: sed q̄ iudiciū rōnis in eo vincit: assumit ⁊ ꝯcludit
sub primo: hoc est pctm̄: ergo non est facienduꝫ. Incōti
nens vero: in quo vincit motus ꝯcupiscentie: assumit ⁊
cōcludit sub scđo: hoc est delectabile: ergo est ꝓsequen-
dum: ⁊ talis ꝓprie est: qui peccat ex infirmitate: ⁊ ideo
pꝫ: ꝙ lꝫ sciat in vli: non tñ scit in particulari: q̄ non as-
sumit ſm rōnē: sed ſꝫ ꝯcupiscētiā.) Hec ille. ¶ Sile
ponit pma 2ᵉ. q. 77. artic. 2. ⁊ multis alijs locis. ¶ Et si
quis obijciat: ꝙ talis passionatus vel habituat⁹ pōt au
dire aīum recte syllogiçantē in practicis tam in vli q̄
in particulari operabili: ⁊ assentire dictis eius: ergo rō
eius non est total'r excecata vel ligata: quin possit stan-
te tali passiōe vel habitu recte syllogiçare in practicis.
¶ Dr̄ ꝙ talis in tali statu licet audiat aliquem exteri⁹
recte syllogiçantem: non ideo interius recte syllogizat:
imo dato ꝙ ipse recte syllogizaret voce: non tamē cor-
de. De hoc sanct⁹ Tho. de malo vbi supra octauo loco
arguit sic. (Uoces sunt signa itellectuū vt phs dicit: ſꝫ
qui actu eligit fornicari: si iterrogaret̃: rñderet hoc eē
peccatum: ⁊ non esse faciendū: ergo non est veꝝ ꝙ sci-
at in vli: ⁊ ignoret in particulari.) ¶ Ecce argumētuꝫ.
¶ Sequit̃ rñsio. (Dicendum (inquit) ꝙ sicut phs di Cap. ix°.
cit in. 7. ethi. sicut ebrius aliqua verba ꝓfert: que tamē
interius non intelligit: ita ille qui est a passione victus
⁊ si exterius dicat hunc actum esse vitandum: tamē in
corde suo iudicat hoc esse faciendum: vnde aliud dicit
exterius: ⁊ aliud interius sentit.) Hec ille. ¶ Dicit̃ ter
tio: ꝙ cum intellectus auertitur a recta syllogizatione
⁊ estimatione practica: hoc nō semper procedit ex pte
voluntatis. sed sepissime ex appetitu sensitiuo: potissi-
me vbi peccat̃ ex passione: secus est vbi peccat̃ ex ma
litia ⁊ habitu corrupto volūtatis. ¶ De hoc san. Tho.
prima scđe questione. 77. arti. primo sic dicit. (Iudici-
um rōnis ⁊ apprehensio impedit̃ ꝓpter vehementeꝫ ⁊ Syllogizatō pdicta si falsa sit id sepe contingit ex passione.
inordinatā apphensionem ymaginationis ⁊ iudicium
virtutis estimatiue: vt patet in amentibus. Manife-
stum est auteꝫ: ꝙ passionē appetitus sensitiui: sequitur
ymaginationis apprehensio: ⁊ iudicium estimatiue: si-
cut etiam dispositionem lingue sequit̃ iudiciū gustus:

vnde videmus: ꝙ homines in aliqua passione existentes non facile imaginationē auertunt ab his: circa que afficiuntur. vnde per consequens iudiciū rationis plerūq3 sequitur passionē appetitus sensitiui: ⁊ per consequens motū voluntatis natus est sequi iudiciū rationis.) Hec ille. ¶ Dicitur 4°: ꝙ cum voluntas auertit intellectū a recta ɔsideratione: nō op3 ꝙ hoc facit illo modo: quo dicit arguens. s. volendo intellectū auertere a tali ɔsideratiōe: potest. n. hoc ɔtingere alio mō: vt puta: q2 volūtas imꝑat intellectui ɔsiderationē aliorū obiectoꝝ: ex qua ɔsideratione distrahit̃ a prioris obiti ɔsideratione. Sicut dicit san. Tho. sepe in simili ꝓposito de ignorantia. s. ꝙ ignorantia dr̃ voluntaria dupl'r: ¶ De hoc san. Tho. de malo. q. 3. articulo. 8. sic dicit. (Actus (inquit) volūtatis pōt ꝓcedere actum intellectus. sicut cū aliquis vult actu intelligere. et eadem ratione ignorātia sub voluntate cadit. Hoc aūt cōtingit dupl'r. Primo q̄dem cum aliquis directe vult ignorare: ⁊ sciam salutis nescire: ne retrahat̃ a pctō qđ amat. Unde dicitur Job. 21. de quibusdā: ꝙ dixerunt deo: recede a nobis: scientiā viaꝝ tuaꝝ nolumus. Scđo mō ignorantia dr̃ voluntaria indirecte: q2 hō non adhibet studium ad cognoscendum: ⁊ hec est ignorantia negligētie. Sed q2 nō dr̃ aliquis negligere nisi cum debitū pretermittit: non vr̃ ad negligentiā ꝑtinere: ꝙ aliq̄s nō applicat aīum ad aliquid cognoscendū: sed solū si non applicet aīum ad cognoscendū ea: que cognoscere; d3: vel simpl'r ⁊ ꝺm oē tp̄s: vnde ignorantia iuris ad negligentiam reputat̃: vel in aliquo casu: vt cum quis emittit sagittam in aliquo loco: vbi hoīes solent trāsire: ad negligentiam sibi imputat̃ si scire non studeat: an tūc aliquis transeat. ⁊ talis ignorantia per negligentiā contingens voluntaria iudicat̃. Tertio mō dr̃ aliqua ignorantia voluntaria per accn̄s: ex eo. s. ꝙ aliq̄s directe vl' indirecte vult aliquid: ad qđ sequit̃ ip̄3 ignorare. Directe q̄dem sicut apparet in ebrio: qui vult sup̄flue vinū potare: per qđ priuat̃ rōnis vsu. Indirecte aūt cū aliq̄s negligit repellere motus passionū insurgentes qui per crescentes ligant vsum rōnis in particulari agibili ꝺm qđ dr̃. Oīs malus ignorās.) Hec ille. ¶ Et sil'e dicit p̊ª scđe. q. 19. ar. 6. ⁊ 2° sen. di. 22. q. 2. arti. 2. ¶ Ex q̄bus apparet ꝙ sic ignorātia dr̃ volūtaria nō solū: q2 ē directe volita: ita ⁊ potest ɔformiter dici de auersione intellect⁹ a recta ɔsideratione: ⁊ ita p3 ꝙ voluntas pōt auertere intellectū a rōe practica: ⁊ tn̄ hoc non facit per aliquē actum volendi: quo directe velit intellectum auertere a recta ɔsideratione: ⁊ ɔn̄r tota deductio illius tertij argumenti penitus nihil valet. ¶ Dr̃ q̄nto: ꝙ auersio intellectus a recta ɔsideratione per appetitum sensitiuū aut voluntatē pōt dici excecatio: q2 non solum per passionem appetitus sensitiui: aut per habitum vel actum voluntatis distrahit̃ intellectus a recta cōsideratione practica: imo ꝓstat̃ sibi frequens: vel ɔtinuum impedimentum recte ɔsiliandi: ⁊ inclinatio ad peruerse consiliandum: aut iudicandū: aut ꝓcipiendū de agibilibus: ⁊ generat̃ in eo peruersus habitus ɔ̄rius prudētie: ⁊ q2 vt supra dictū est: per talia priuat̃ aliquo ꝓncipio intelligibilis visionis. non q̄dem potentia nāli: sed habitu vel actu. ¶ Ad quartū ꝓncipale dr̃ primo: ꝙ stante recto dictamine rōnis practice ɔsiliatiuo: iudicatiuo: ꝓceptiuo in vniuersali ⁊ particulari actual'r: volūtas nūq̄3 male eligit: sicut sepe dictū est. ¶ Dicit̃ scđo: ꝙ peruersam electionem q̄nq̄3 precedit error intellectus: ⁊ q̄nq̄3 ignorantia: ⁊ quandoq̄3 inconsideratio: nec op3 ꝙ talis error aut ignorantia sequat̃ aliqđ malum velle: nec ꝙ causetur ex malitia volūtatis: nec hoc dicit positio nostra. ¶ Dicit̃ tertio: ꝙ malum velle pōt cāri non solū ex peruerso dictamine intellectus: imo ex peruerso dictamine rōnis particularis: q2 voluntas non solū3 mouetur a rōne vniuersali: imo a ratione particulari: que dicitur cogitatiua: vel estimatiua: que apprehendit singularia: ⁊ format ɔclusiones particulares: ⁊ singulares ⁊ subsumit minores ꝓpositiōes singulares in syllogismo practico. ¶ De hoc san. Tho. prima scđe. q. 10. art. tertio in solu. tertij sic dicit. (Uoluntas non solū3 mouetur a bono vniuersali apprehenso per rōnem: sed ēt a bono apprehenso per sensum.) Hec ille. ¶ Ite3 2ª 2ᵉ q. 49. ar. primo in solu. primi. (Prudentia (inquit) applicat vniuersalem cognitionē ad singularia: quoꝝ est sensus: ideo multa: que pertinent ad partē sensitiuā: requirunt̃ ad prudentiā.) ¶ Item. q. 47. ar. tertio in solu. tertij sic dicit. (Sicut ph̄s dicit. 6. ethi. prudētia nō cōsistit in sensu exteriori: quo cognoscimus sensibilia ꝓpria: sed in sensu interiori: qui perficit̃ per memoriā ⁊ experimentum ad ꝓmpte iudicandum de particularibus expertis: non tamen ita ꝙ prudentia sit in sensu interiori sicut in subiecto principali: sed principal'r q̄dem est in rōne: per quādam aūt applicationem pertingit ad hmōi sensum.) Hec ille. ¶ Itē prima parte. q. 86. ar. ꝓmo in solu. scđi sic dicit. (Electio particularis opabilis est. q. ɔclusio syllogismi intellect⁹ practici: vt dr̃. 7. ethi. Ex vl'i aūt ꝓpositione directe concludi non potest singularis nisi mediāte aliqua singulari ꝓpositione assumpta: vnde vl'is ratio intellectus practici non mouet nisi mediante particulari apprehensione sensitiue partis: vt dr̃ tertio de aīa.) Hec ille. ¶ Item de veritate. q. 10. art. 5°. sic dicit. (Mot⁹ qui est ab aīa ad res incipit a mente: ⁊ ꝓcedit in partē sensitiuā ꝓut mens regit vires inferiores: ⁊ sic singularibus se immiscet mediante rōne particulari: que est potentia q̄dam sensitiue partis cōponens: ⁊ diuidens intentiones indiuisibiles: que alio noīe dr̃ cogitatiua: ⁊ h3 determinatum organum in corpore. s. mediā cellulam capitis: vlem vo sciam: quā mens h3 de opationibus non est possibile applicari ad particulare3 actū: nisi per aliquā potētiā mediā apprehendētē singularē: vt sic fiat q̄dam syllogismus: cuius maior sit vniuersalis: que est sententia mentis: minor aūt singularis: que est apprehensio particularis rōnis: ɔclo vero electio singularis operis: vt patet tertio de anima.) Hec ille. ¶ Ex quibus apparet: ꝙ ꝓximū mouēs voluntatē ad eligendū bene vel male est rō particularis: ⁊ ita non op3 ꝙ semper malā electionem voluntatis precedat peruersum iudicium intellectus rōnis vl'is: sed ad hoc sufficit ꝑuersum dictamen rōnis particularis: qđ sepe deriuat̃ a passione appetitus sensitiui: vel ab aliquo habitu corrupto. Ideo san. Tho. p̊ª 2ᵉ. q. 78. ar. 1. sic dicit. (Hō sicut ⁊ quelib3 alia res nāliter h3 appetitu3 boni: vn̄ ꝙ ad malū eius appetitus declinet: ɔtingit ex aliqua corruptione: vel inordinatiōe in aliquo principioꝝ hoīs: sic. n. ⁊ ī actionibus reꝝ nāliū pctm̄ inuenit̃. Principia aūt humanoꝝ actuū sunt intellectus ⁊ appetitus tā rōnis: que dr̃ voluntas q̄3 sensitiuus. Pctm̄ igit̃ in hūanis actibus sicut ɔtingit q̄nq̄3 ex defectu intellectus: puta cū3 aliq̄s per ignorantiā peccat: ⁊ ex defectu appetitus sensitiui: sicut cū aliq̄s ex passione peccat: ita ēt ex defectu volūtatis: que est inordinatio ipsius. Est aūt voluntas inordinata q̄n minus boᵐ magis amat: ɔn̄s āt est: vt aliq̄s eligat pati detrimētū ī bono minus amato ad hoc: ꝙ potiat̃ bono magis amato: sicut cū hō vult pati abscisionem membri

Ignorantia dr̃ volūtaria tripl'r.

Cap. 9.

Tex. cō. 58.

Cogitatiua cōponit ⁊ diuidit intentiones indiuidua les.

Tex. cō. 58.

nem membri etiam scienter: vt ꝯseruet vitā quā magis amat: et per hunc modū quando aliqua inordinata voluntas aliqđ bonum temporale plus amat. puta diuitias: vel voluptatem: ꝙ ordinem rōnis: vel legis diuine: vel charitatem: vel aliquid hmōi: sequitur ꝙ velit dispendium pati in aliquo spūalium bonoꝝ: vt potiatur aliquo temporali bono: nihil aūt aliud est malū ꝙ priuatio alicuius boni: et fm hoc aliquis scienter vult aliquod malum spūale: qđ est malum simpl'r: per qđ bonus spirituale priuatur: vt bono potiatur temporali: vnde dicitur ex certa malitia vel industria peccare quasi scienter malum eligens.) Hec ille. ¶ Et si dicatur: ꝙ ex hoc sequitur: ꝙ volūtas peruerse eligit: et tñ nullus defectus est in rōne. ¶ Ad hoc rñdit san. Tho. ibidem in so. primi vbi arguit sic. (Ignorantia opponitur industrie seu certe malitie: sed oīs malus est ignorans fm pħm: et puerbio. 13. dicitur. Errant qui operantur malum: ergo nullus peccat ex certa malitia.) ¶ Ecce argumentū. ¶ Sequitur rñsio. (Dicendū (inquit) ꝙ ignorantia qnq3 excludit sciam: qua aliquis scit simpl'r hoc esse malū: qđ agitur: et tunc dicitur ex ignorantia peccare. Quandoq3 aūt excludit scientiam: qua hō scit nunc hoc esse malū: sicut cum ex passione peccatur. Quandoq3 autē excludit sciētiam: qua aliqs scit hoc malum non esse sustinendum ꝓpter consecutionem illius boni: scit tamē simpl'r hoc esse malum: et sic dicitur ignorare: qui ex certa malitia peccat.) Hec ille. ¶ Saltē quo ad actum precipiendi qui est potissimus actus rōis practice: vt sepe dictū est et adhuc dicetur. ¶ Ad quintum dicitur: ꝙ nullus peccat errando circa pᵒ principia practica: potest tñ errare circa ꝓxima principia: et circa particulares conclusiones: q̄s non recte deducit ex principijs. ¶ De hoc sanc. Tho. de veritate. q. 16. ar. 3ᵒ. vbi querit: vtrū synderesis in aliquo extinguatur: sic dicit. (Synderesim extingui potest dupl'r intelligi. Uno mō quantū ad ipm lumen habituale: et sic impossibile ē ꝙ synderesis extinguatur: sicut impossibile est: ꝙ anima hominis priuetur lumine intellectus agentis: per qđ prima principia in speculatiuis et operatiuis innotescunt: hoc. n. lumen est de nā ipsius anime: cum per hoc sit intellectualis. De quo lumie dicitur in ps. Signatū est super nos lumen &c. qđ bōa nobis ondit. Hec enim est rñsio ad illud qđ dixerat. Quis ostendit nobis bona. Alio modo: quantū ad actum: et hoc dupliciter. Uno modo vt dicatur actᵒ synderesis extingui inquantū actus eius oīno intercipitur: et sic contingit actum synderesis extingui in non habentibus vsum liberi arbitrij: nec aliquem vsum rōnis: et hoc ꝓpter impedimentum ꝓueniens ex lesione organoꝝ corporalium: a quibus ratio nostra accipere indiget. Alio modo per hoc: ꝙ actus synderesis ad contrarium deflectatur: et sic impossibile est vniuersale iudiciū synderesis extingui. In particulari vero operabili extinguitur quādocūq3 peccatur in eligendo: vis. n. cōcupiscentie vel alterius passionis ita rōnem absorbet: vt in eligendo synderesis vniuersale iudicium ad particularem actum nō applicetur: sed hoc non extinguit synderesim simpl'r: sed fm quid: vnde simpl'r loquendo cōcedimus: ꝙ synderesis nunꝙ extinguitur.) Hec ille. ¶ Item ibidem in solu. secundi sic dicit. (In hereticis non remurmurat consciētia eoꝝ infidelitati propter errorem: qui est in rōne eorum superiori. ¶ Ex quo cōtingit: ꝙ iudicium synderesis huic particulari non applicetur. In vniuersali enim iudicium synderesis in eis manet. iudicāt. n. malū eē non credere his: que a deo dicuntur. In hoc aūt errāt fm rōnem superiorē: qz non credūt hoc esse dictū a deo.)

7ᵒ. ethi. c. 4.

Synderesis extingui pōt intelligi dupl'r

Psal. 4.

Hec ille. ¶ Itē in solu. tertij sic dicit. (Ille qui habet habitum alicuius vitij est quidem corruptus circa principia operabilium: non qdem in vl'i: sed in particulari operabili: inquantū. s. per habitum vitij deprimitur rōe vl'e iudicium ad particulare opabile applicet in eligendo: et per hunc modum impius in ꝓfundū3 peccatoꝝ veniens ꝯtemnere dicitur.) Hec ille. ¶ Itē ar. 2ᵒ in sol. sexti sic dicit. (Sicut in speculatiuis rō falsa ꝙuis origines sumat a pricipijs: non tñ a principijs primis falsitatem hz: sed ex malo vsu principioꝝ: ita et in operatiuis accidit.) Hec ille. ¶ Ad sextū dicitur primo: ꝙ damnati nō iudicant deum odiendū esse de per se. s. inquantū est vniuersale et primū principiū omnis boni: imo vt sic iudicant ipsum esse diligendum: sed tñ iudicant ipsum esse odiendum de per accidens. s. inquantū est prohibitor: et punitor peccatorum: et eorum q̄que peruerse voluntati damnatoꝝ complacēt. ¶ De hoc san. Tho. quarto sen. dist. 50. q. scđa ar. primo. q. quinta sic dicit. (Affectᵒ mouetur ex bono vel malo apprehenso. Deus aūt apprehenditur dupliciter. Uno mō in se: sicut a beatis: q eum per essentiam vident. Alio modo p suos effectus: sicut a nobis et a damnatis. Ipse igitur in se ipso cū sit p eēntiam bonitas non pōt alicui voluntati displicere. vnde quicunq3 eū per essentiam vident: eum odio habere nō possunt. Sed effectuū eius aliq sunt repugnātes inquantū ꝯtrariantur alicui volito: et fm hoc aliqs deū nō in se ipso: sed rōne effectuū odire pōt. Unde dānati deum percipientes in effectu iustitie: q est pena: cum odio hñt: sicut et penas: quas sustinēt.) Hec ille. ¶ Itē ar. 2ᵒ questiuncula scđa sic dicit. (Deus pōt dupl'r considerari. Uno mō fm se: et fm illud: qđ est ei ꝓpriū. s. eē totius bōitatis ꝓncipiū: et sic nullo mō cogitari pōt sine delectatione. vñ sic nullo mō a damnatis cogitabitur. Alio mō fm ꝙ aliqđ ē ei quasi accidētale in effectibus suis: vtpote punire: vel aliqđ hmōi. et fm hoc cogitatio de eo pōt tristitiā3 inducere. et hoc modo dānati de eo cogitabūt.) Hec ille. ¶ Item in solutione primi sic dicit. (Damnati nō habent deū3 odio: nisi rōne punitionis et ꝓhibitionis eius: qđ male eoꝝ voluntati cōsonat. vnde non considerabūt eū3 nisi vt punitorem et ꝓhibitorē.) Hec ille. ¶ Dicitur 2ᵒ: ꝙ licet dānati iudicent deū esse odiendum modo: quo dictū est: tamen cum hoc possunt pati remorsū3 cōscientie: et habere de hoc displicentiā3 et penitentiam eo modo: quo penitent de alijs peccatis: que in statu vie comiserunt. De hoc sanctus Tho. 4ᵒ sen. dist. 50. q̄stione scđa: articulo primo: questiūcula secunda sic dicit. (Penitere de aliquo peccato est dupl'r. Uno modo per se: alio modo p accidens. Per se quidē3 de peccato penitet: qui peccatum in eo: quod est peccatū3: abominatur. Per accidens vero qui odit illud ratione alicuius adiuncti: vtpote pene: vel alicuius hmōi. Mali igitur non penitebunt per se loquendo de peccatis: qz voluntas malitie peccati in eis remanet. Penitebunt aūt per accidens inquantum affligentur de pena: quam pro peccato sustinent.) Hec ille. ¶ Itē3 ibidē3 in solutione primi sic dicit. (Damnati iniquitatē3 volunt: sed penā3 refugiunt et sic per accñs de iniquitate cōmissa penitēt.) ¶ Itē in solutiōe tertij sic dicit. (Sine aliq̄ auersiōe volūtatis ꝯtinget: ꝙ dānati de peccatis peniteāt: qz nō refugiūt in peccatis hoc: qđ prius voluerant: vel appetierūt: sed aliquid aliud. s. penam.) Hec ille. ¶ Potest ēt dici cōformiter ad ꝑdicta ꝙ dānati patiuntur remorsum conscientie de odio dei: et de alijs peccatis: inquātū synderesis in vl'i detestatur talia: non aūt in particulari. ¶ Di

Deus pōt apprehēdi dupl'r

Penitere d peccato dupl'r.

citur tertio: q positio: sed non concesso: q rectū dictamen rōnis posset stare cum puersa electione: vel cum nulla electione: tn̄ hoc diu non posset durare: quin cito ppter peruersas electiones rō deprauaret in aliquo actu prudentie: et sic nunq per illum modū generaret habitus prudentie sine habitu virtutis moralis. Et hanc rōnes tangit Henri. de gandauo quolibet. 12. q. 14. in solu. primi argumenti.

Non ex vnico recto dictamine practico generatur habitus.

